li eo quod minimos habeat pedes, [6] et hic **pediculus** li, [7] et inde **pediculosus** a um .i. pediculis plenus. [8] Et sciendum quod vocamus pediculos multis aliis modis videlicet **pedones**, [9] **pedunculos**, [10] **hispedicosos** a verme quodam hispedicosin, unde Quidam hispedicosin ubi me vidit, caput abscondit, pedes contraxit. [11] Item a pede hic **pedes** tis .i. pedester, [12] et hec **peda** de .i. vestigium humanum, [13] et hec **pedana** ne boia circa pedes, [14] et hoc **pedum** di baculus pastoralis, unde Virgilius in bucolicis at tu sume pedum; [15] et hic **pedor** is .i. pedum fetor, unde Lucanus longusque in carcere pedor; [16] hinc etiam **pedora** plurali numero dicimus sordes pedum vel aurium, [17] et **pedicos** vocamus qui sordidos habent pedes. [18] Item a pede hec **pedica** ce .i. cathena circa pedes, [19] unde **pedicatus** a um .i. catenatus, [20] et **pessum** .i. subtus adverbium, unde Lucanus Sidentia pessum corpora cesa iacent. [21] Et componitur **pessundo** as dedi verbum activum .i. subtus dare et inde verbalia. [22] A pedica quoque per compositionem dicitur **expedio** is .i. convenire vel liberare et dicitur expedire quasi extra pedicam aliquid ponere, [23] et inde **expeditus** a um .i. liber et promptus et comparatur expeditior expeditissimus, [24] unde **expedite** expeditius expeditissime adverbia, [25] et hec **expeditio** nis sicut dicimus aliquem isse in expeditionem militum, ubi milites liberi et prompti efficiuntur ad bellandum. [26] Expeditus componitur **inexpeditus**. [27] Sic etiam componimus a pedica **impedio** impedis et dicitur impedio quasi in pedicam te pono, [28] et inde **impeditus** a um, [29] et **impedite** adverbium, [30] et hec **impeditio** nis, [31] et hoc **impedimentum** ti, [32] **prepedio** is .i. impedio, [33] unde **prepeditus** a um, [34] et hec **prepeditio** nis, [35] **compedio** is .i. illaqueare innectere, [36] unde **compeditus** a um, [37] et pluraliter he **compedes** dum .i. cathene circa pedes. [38] Item a pede hec **podagra** e .i. pedum propria quedam infirmitas, [39] sicut **ciragra** manuum, [40] et inde **podagricus** a um. [41] Et per compositionem hic **suppedaneus** ei .i. scabellum sub pedi-

---

**10** *non repperi* **14** Verg. *buc.* V 88 **15** Lucan. II 73 **20** Lucan. III 674-675: Sidentia pessum | corpora caesa tenent

---

minimos: parvos $P_1$ **7** .i. pediculis plenus *om.* $P_1$ / pediculis: pediculi $P_2$ **8** sciendum: notandum φ / vocamus: dicimus $P_1$ / pediculos: pediculosos I **10** *om.* $P_1$ / hispedicosin: hispedicosis *Mai* / Quidam hispedicosin: quidam hispedicosis *Mai* quidam I / pedes: pedem *Mai* **11** pede: pes $P_1$ / hic *om. Mai* / .i. pedester *om.* φ **13** pedana ne: peda $P_1$ / boia: hora I **14** in bucolicis *om.* $P_1$ **16** plurali numero: pluralis numeri I / numero dicimus *om.* $P_1$ **17** pedicos ⟨eius⟩ $V_1$ ⟨eos⟩ $HM_1$ *Mai* / vocamus *om.* $P_1$ / qui: illos φ **19** catenatus: incatenatus π ⟨et pedestre nomen⟩ $P_1$ **20** unde Lucanus *om.* $M_1$ / iacent: tenent $P_1$ **21** dedi *om.* φ$P_1$ / verbum activum *om.* $M_1A$ / subtus dare: subiugare $P_1$ **22** liberare ⟨vel promptum facere⟩ H / et dicitur expedire *om.* $P_1$ / aliquid *om.* H **23** promptus ⟨ad bellandum⟩ $M_1P_2$ ⟨ad bellum⟩ A **24** adverbia *om.* I **25** sicut: intra $P_1$ *om.* I / dicimus aliquem isse *om.* I / aliquem ... ubi *om.* $P_1$ / isse in expeditionem: esse in expeditione φ / ubi (*Mai*): ut $V_1$ eo quod $P_1$ / efficiuntur: sunt $P_1$ / ad bellandum *om.* φ **27** Sic etiam componimus *om.* $P_1$ / impedio impedis et *om.* $P_1$ / te *om.* $P_1$ **32** impedio: impedire $M_1A$ **33** prepeditus: inpeditus $P_1$ **34** prepeditio: inpeditio $P_1$ / nis ⟨prepedimentum⟩ I **35** innectere *om.* φ$P_1$ **36** *om.* $M_1A$ **37** pluraliter *om.* $P_1$ / cathene circa pedes: catena pedum $P_1$ **38** podagra: pedagra $V_1$I / propria quedam *om.* $P_1$ **39** ciragra ⟨infirmitas⟩ $P_1$

*411 / 412 M.*

bus, [42] et pluraliter he **suppetie** arum .i. auxilia que ab illis maxime petuntur vel illis precipue dantur, qui sub aliorum detinentur potestate, unde in historiis frequenter legitur prebuerunt illis suppetias. Hinc etiam Augustinus de civitate Dei in VIII qui hinc deferunt petitiones nostras, inde referunt Deorum suppetias; [43] et inde **suppedito** as .i. auxiliari. [44] Item a pede per compositionem hic **alipes** dis .i. velox pede tantum, [45] et hic et hec **prepes** tis .i. velox et aliquando dicitur pro ave, [46] et **repedo** as .i. remeare, et inde verbalia, [47] et **repedito** as verbum frequentativum. [48] Et componitur pes **bipes** [49] unde **bipedalis**, [50] **tripes**, [51] unde **tripedalis**, [52] **quadrupes**, [53] unde **quadrupedalis**, [54] et **quadrupedius** a um, unde Plautus in Amphitrione cursu quadrupedio agitabo adversum clivum. [55] Componitur quoque pes hic **semipes** .i. dimidius pes, [56] et **sexquipes** .i. totus unus pes, unde Persius nugaris, cum tibi, calve, pinguis aqualiculus propenso sexquipede extat; [57] et **sonipes**, [58] **eripes**, [59] **cornipes**, [60] **levipes**, [61] **multipes**.

[1] **Procus** ci .i. nove coniugis appetitor, [2] inde **procio** cis civi citum tu .i. P vi
novam coniugem petere, [3] unde hic et hec et hoc **procax** cis .i. avidus et importunus ad petendum, quod comparatur procacior procacissimus, [4] unde **procaciter** procacius procacissime adverbia, [5] et hec **procacitas** is, [6] et **procaculus** a um .i. aliquantulum procax. [7] Dicimus etiam **proco** as, [8] et **procito** as pro sepe petere sicut proci faciunt vel pro sepe prolongare sicut

---

**42** *cf. bell. Afr.* V 1; XXV 5; XXXIX 4; XLI 2; LXV 2; LXVIII 3; LXXV 4 Aug. *civ.* VIII 22: qui hinc ferant petitiones nostras, inde referant deorum suppetias **54** Plaut. *Amph.* ] *asin.* 708: calcari quadrupedo agitabo aduorsum cliuom **56** Pers. I 56-57: nugaris, cum tibi, calue, | pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet

---

**42** frequenter *om.* $P_1$ / Hinc ... suppetias *om.* $P_1$ / petitiones: potiones φ **44** pede ⟨pedetemptim adverbium .i. morose, sicut dicimus pedetemptim ambulat quasi quemlibet passum prius pede leniter temptans et sic gressum fortiter infingens et⟩ H / velox ⟨et hic acupedius dii .i. velox⟩ H / pede tantum: pedetentim $V_1$ φ *om.* HI **45** et hic ... velox *om.* I / tis: dis $V_1$H ⟨communis generis⟩ $P_1$ *om.* φ **51** *om.* φ **53** *om.* φ / unde ⟨quadrupedo as, et inde quadrupedito as. Invenitur etiam quadrupedante equo, et⟩ $P_1$ **54** in Amphitrione *om.* $P_1$ / clivum: dumum I **55-56** hic ... pes: hic sexquipes .i. dimidius (plenus H) pes πφ **56** nugaris ... aqualiculus *om.* $P_1$ / propenso: propense $V_1$ **57** et ⟨inde hic et hec sexquipedalis et hoc sexquipedale .i. totum pedem habens, unde Horatius in poetris [*ars* 96-97] Telephus et Peleus cum pauper et exsul uterque proicit ampullas et sesquipedalia verba. Pes etiam componitur⟩ H / sonipes ⟨.i. palefridus⟩ H **58** eripes ⟨loripes⟩ $P_1$ **59** cornipes ⟨compes⟩ $M_1P_2$ **60** levipes ⟨.i. murilegus vel lepus⟩ H **61** multipes ⟨.i. vermis quidam multos habens pedes, Iuvenalis etiam ostendit quod loripes dis dicitur pro eo qui tortos habet pedes sic dicens [II 23] loripedem rectus derideat, Ethiopem albus⟩ H ⟨centupedia⟩ $P_1$

**2** petere: appetere I **3** et importunus ad petendum *om.* $P_1$ / comparatur ⟨procax⟩ H **4** adverbia: adverbium $P_2$ *om.* $IM_1$ **7** proco as: procor aris $P_1$ ⟨vel procor caris⟩ H ⟨procor aris .i. petere quod componitur reciprocor aris quasi retro petere. Reci enim dicitur retro, et inde reciprocus a um, reciproce adverbium, inde reciprocatus, reciprocatio. Dicitur etiam a procor⟩ $M_1$A **8** procito as: procitor aris $M_1$A / pro sepe petere: frequentativum $P_1$ / sicut proci faciunt *om.* $P_1$ / vel pro sepe prolongare *om.* $P_1$

mulieres faciunt procis suis, et ab istis verbalia. [9] Item ab hoc nomine quod est procus pluraliter hi **proceres** erum eo quod semper laudem et bellum appetant, [10] et **procul** adverbium, [11] unde **proculus** li .i. filius qui nascitur patre procul existente a patria, [12] et hec **procula** e .i. vestis quedam pretiosa, quia de procul afferebatur et dicitur procula quasi procul lata, unde Iuvenalis in Proculas et Pollucas est mecha Labulla.

P vii [1] **Partior** tiris partitus sum tum tu verbum deponens, [2] inde **partitor** is, [3] **partitus** a um, [4] hec **partitio** nis, [5] unde hec **partio** nis per sincopam, [6] et hec **partitudo** nis .i. partitio, unde Plautus in Amphitrione proxima partitudo cui competit, nequeo comminisci. [7] Partitus componitur **bipartitus,** [8] **tripartitus,** [9] **quadripartitus.** [10] Item a partior **partim** adverbium, [11] et hec **pars** partis, [12] unde hic **particus** ci .i. negotiator particulas vendens, [13] et hec **particula** e, [14] unde hic et hec **particularis** et hoc particulare, [15] et **particulariter** adverbium, [16] et hec **particularitas** tis, [17] et **particulatim** adverbium. [18] Dicitur quoque a parte hec **portio** nis .i. pars vel partio, unde in psalmis portio mea, Domine, sit in terra viventium. [19] Pars componitur hic et hec et hoc **expers** tis .i. extra partem, [20] et inde **experior** ris .i. probare verbum deponens, [21] unde **expertus** a um, [22] et **experte,** [23] et **expertim** adverbia, [24] et hoc **experimentum** ti. [25] Item pars componitur hic et hec et hoc **impers** tis .i. sine parte, unde Ambrosius super Egisippum vestro prelio omnes implicabuntur, nec erit ulla regio vestri impers cruoris; [26] et inde **impertior** ris, [27] vel **impertio** is impertii vel impertivi .i. donare, [28] et inde **impertitus** a um.

---

P vi 12 Iuv. II 68: in Proculas et Pollitas (pollucas *var. l.*)? Est moecha Fabulla (Labulla *var. l.*)

P vii 6 Plaut. *Amph.* ] *aul.* 75-76: propinqua partitudo quoi appetit, | queo comminisci 18 *psalm.* CXLI 16: portio mea in terra viventium 25 Ambrosius = Heges. II 9,1: uestro igitur proelio Iudaei omnes inplicabuntur, nec erit ulla regio nostri expers cruoris

---

P vi 9 erum: erunt $V_1$ / laudem: laudes $P_1$ / appetant: appetunt $P_1$ 11 .i. filius *om.* $P_1$ 12 quasi: quia a $V_1$HA

P vii 1 partitus ... verbum *om.* φ 5 nis ⟨pro quo dicimus nunc portio⟩ $P_1$ / per sincopam ⟨unde ibi portio mea dicitur et cetera⟩ $P_1$ 6 partitio: partio $P_1$ / in Amphitrione *om.* $P_1$ / cui: tui I tibi $P_1$ / nequeo comminisci *om.* $P_1$ 7 Partitus: Partior $P_1$ / bipartitus: bipartio $P_1$ ⟨ta tum .i. in duas partes partitus, et⟩ H 8 tripartitus: tripartio $P_1$ 9 quadripartitus: quadripartio ⟨tis tivi vel inpartior tiris⟩ $P_1$ 13 hec *om.* *Mai* / e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ 16-17 *om.* $M_1$A 18 *om.* $P_1$ / vel partio *om.* I / partio: portio $P_2$ particio *Mai* / psalmis: psalmo *Mai* / mea: mihi $M_1$ / sit in terra viventium: et cetera A *om.* $M_1$ 20 probare: explorare $P_1$ / verbum deponens: verbum commune H *om.* φ 22 experte ⟨adverbium⟩ $P_1$ 23 *om.* $P_1$ 24 ti ⟨.i. probamentum ⟩ $V_1$ *s.l.* H ⟨et hec experientia⟩ *et s.l.* .i. probatio H 25 tis ⟨vel expers tis⟩ $V_1$ / super ... implicabuntur *om.* $P_1$ / vestro: nostro I / erit: erat $P_1$ / ulla: illa $P_1$ / vestri: nostri $IP_2P_1$ / cruoris ⟨Item componitur pars particeps capiens partem, inde participium ii, et participalis e, et participo as vi neutrum. Item a parcior partitus a um quod componitur bipartitus, tripartitus, quadripartitus⟩ $P_1$ 26-28 *om.* $P_1$ 27 .i. ⟨partiri⟩ H / donare ⟨partem dare⟩ H 28 um ⟨componitur etiam pars particeps .i. partem capiens, a quo hoc participium pii, et hic et hec participialis et hoc participiale, et participo pas verbum neutrum, a quo verbalia⟩ H

*413 / 414 M.*

[1] **Pleo** ples non est in usu, [2] sed inde dicitur **plenus** a um quod comparatur plenior plenissimus, [3] unde **plene** plenius plenissime adverbia, [4] et hec **plenitudo** nis, [5] et **plenarius** a um, [6] unde **plenarie** adverbium. [7] Pleo componitur **impleo** ples, [8] unde **impletus** a um, [9] et hec **impletio** nis, [10] et hoc **implementum** ti. [11] Impleo quoque componitur **adimpleo** es, [12] unde **adimpletus** a um, [13] et hec **adimpletio** nis, [14] **suppleo** es .i. superimplere, [15] unde **suppletus** a um, [16] et hec **suppletio** nis, [17] et hoc **supplemen** nis, [18] unde hoc **supplementum** ti, [19] **oppleo** es .i. implere, unde Terentius mulier lacrimis opplet os; [20] et inde **oppletus** a um, [21] et hec **oppletio** nis, [22] **repleo** es, [23] unde **repletus** a um, [24] et hec **repletio** nis, [25] **expleo** es, [26] unde **expletus** a um, [27] et hec **expletio** nis. [28] Et componitur **expletus** a um, [29] **inexpletus** .i. non impletus, [30] unde **inexplete** adverbium, [31] **compleo** es, [32] unde **completus** a um, [33] et hec **completio** nis, [34] et hoc **completorium** ii. Et sciendum quod omnia composita a pleo habent unum sensum et dicuntur pro implere. P viii

[1] **Pugno** as verbum neutrum, inde verbalia, [2] et hec **pugna** e, [3] unde hec **pugnula** e, [4] vel **pugnella**, [5] vel **pugnariola** e diminutiva, [6] et hic et hec et hoc **pugnax** cis quod comparatur pugnacior pugnacissimus, [7] unde **pugnaciter** pugnacius pugnacissime adverbia, [8] et hec **pugnacitas** tis, [9] et **pugnaculus** a um .i. aliquantulum pugnax, [10] et **pugnabundus** a um .i. pugna plenus, unde Iosephus in XVIII cum eis Iudas aulam pugnabundus invasit. [11] Item a pugno hic **pugnus** ni, [12] unde hic **pugillus** li .i. parvus pugnus, [13] et hic **pugillaris** is .i. tabula manualis, unde in evangelio et postulans pugillarem scripsit. [14] Et a pugillo hic **pugil** is .i. victor, [15] unde hic **pugillatus** ui .i. victoria, unde Macrobius de Saturnalibus si quis ut se amplius exerceat, vel ad pu-

---

**19** Ter. *heaut.* 305-306: mulier telam desinit | continuo et lacrumis opplet os totum sibi — P viii

**10** *non repperi* **13** Luc. I 63 **15** Macr. *Sat.* VII 1,16 — P ix

---

**3** adverbia: adverbium $P_2$ **7-11** impleo ... componitur *om.* $P_1$ **10** *om.* φ **12-13** *om.* φ **14** .i. superimplere *om.* $P_1$ **16** *om.* $P_1$ **19** implere: repleo $P_1$ / unde Terentius *om.* $M_1$ **22-24** *om.* $P_1$ **25** es ⟨.i. superimplere vel explicare⟩ H **28** expletus a um *om.* I **29** .i. non impletus ⟨et expletus⟩ $M_1$A ⟨et expletivus⟩ $P_2$ *om.* $P_1$ **30** inexplete: expletive φ **34** ii ⟨et hoc complementum ti. Depleo ples .i. evacuare sed contrarium huic verbo plere de enim privat, unde Statius Achilleidos [I 8-9] tu modo, si veteres digno deplevimus haustu da fontes mihi, Phebe, movos; et inde verbalia⟩ H ⟨et repleo es activum⟩ $P_1$ / omnia *om.* φ / a pleo habent unum sensum et *om.* $P_1$ / unum: eundem φ / implere ⟨preter depleo⟩ H — P viii

**3** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **4** vel: et $P_1$ **5** *om.* $P_1$ **7** adverbia: adverbium $P_2$ *om.* I **10** pugna plenus: frequenter pugna $P_1$ / in XVIII cum eis Iudas *om.* $P_1$ **11** ni ⟨.i. manus clausa⟩ H **12** .i. parvus pugnus: diminutivum $P_1$ / pugnus (*Mai*) *om.* $V_1$ **13** manualis: que deferri preter pugno $P_1$ / scripsit: et cetera $P_1$ *om.* I **14** pugillo: pugilo I *Mai* ⟨per apocopem⟩ $P_1$ / victor ⟨athleta⟩ H **15** .i. victoria: ars ipsa φ / de Saturnalibus *om.* $P_1$ / ut *om.* $P_1$ / exerceat: exercet $P_1$ — P ix

gillatum; [16] et inde **pugilicus** a um .i. victoriosus vel invictus, [17] unde **pugilice** .i. victoriose adverbium, unde Plautus in Epico pugilice, inquit, valet atque athletice. [18] Item a pugilo hic **pugillator** is .i. victor pro bellator, [19] et inde **pugillatorius** a um .i. victoriosus, [20] unde **pugillatorie** .i. victoriose adverbium. [21] Pugno componitur **expugno** as, [22] unde **expugnanter** adverbium, [23] et **expugnator**, [24] **expugnatus**, [25] **expugnatio**, [26] **expugnabilis**, [27] unde **expugnabiliter** adverbium, [28] et componitur **inexpugnabilis**, [29] unde **inadpugnabiliter** adverbium, [30] **propugno** as, unde verbalia, [31] et hoc **propugnaculum** li .i. locus unde pugnatur sicut turris vel castellum, [32] **impugno** as, [33] unde **impugnator**, [34] **impugnatus**, [35] **impugnatio**, [36] **depugno** as .i. pugnare, unde Prudentius in sicomachia ipse salutiferas possesso in corpore vires depugnare iubes; [37] **repugno** as, [38] unde **repugnanter** .i. resistenter, [39] et hec **repugnantia** e .i. resistentia, [40] **oppugno** as, [41] **compugno** as, et ab istis verbalia.

P x [1] **Patyr** Grece pater Latine, [2] inde hic **paterculus** li diminutivum, [3] et **paternus** a um, [4] unde hec **paternitas** tis, [5] et hic **patruus** ui, [6] et hic **patruelis** is, [7] et **patrisso** as .i. patri assimilari, unde Terentius in adelphos laudas, Ctesipho, patrissas: abi virum te iudico. [8] Item a patre hic **patrimes** mis .i. puer patri similis, et dicitur patrimes quasi patrem imitans, [9] sic etiam dicimus **matrimes** mis puer qui matrem imitatur, [10] et hec **patria** e, [11] unde **patronomicus** a um .i. de patria natus, [12] et componitur patria **repatrio** as .i. ad patriam remeare, et inde verbalia. [13] Item a pa-

---

17 Plaut. *Epid.* 20: ualet pugilice atque athletice 36 Prud. *psych.* 14-15: Ipse salutiferas obsesso in corpore turmas | depugnare iubes

7 Ter. *ad.* 564: laudo: Ctesipho, patrissas: abi, virum te iudico

---

**16** a um ... invictus *om.* φ **17** .i. victoriose *om.* φ$P_1$ / Epico: Epidico *Mai om.* $P_1$ / athletice: attice φ *om.* $V_1$I **18** is ... bellator *om.* φ **19** a um .i. victoriosus *om.* φ **20** .i. victoriose *om.* φ$P_1$ / adverbium ⟨unde Plautus in Epico [*cf.* 17]⟩ $V_1$ **21** as ⟨.i. pugnando destruere vel vincere⟩ H **22-25** expugnanter ... expugnatio: verbalia φ **23** expugnator: expugnatorius a um $P_1$ ⟨expugnatrix⟩ H **24-25** *om.* $P_1$ **28-29** *om.* $M_1$A *Mai* **29** inadpugnabiliter: inexpugnabiliter HI$P_1$ / adverbium *om.* I **30** unde verbalia *om.* $M_1$ **31** propugnaculum: pugnaculum A / unde: ubi $P_1$ *Mai* / sicut turris vel castellum *om.* φ **33-35** *om.* φ **33** *om.* $V_1$I / impugnator ⟨impugnatrix⟩ H **36** as .i. pugnare *om.* $P_1$ / in sicomachia *om.* $P_1$ / ipse: ipsa A ipsas $P_2$ / possesso: obsesso $M_1$ / vires: turmas I **37** as ⟨.i. resistere⟩ H **38** repugnanter ⟨adverbium⟩ $P_1$ / .i. resistenter *om.* $P_1$ **39** e .i. resistentia *om.* $P_1$ **41** as ... verbalia *om.* φ

**1** Patyr: Πατὴρ *Mai* **2** diminutivum: .i. parvus pater $V_1$H **5** et ⟨patrius a um, et⟩ $P_1$ / ui ⟨.i. patris frater⟩ H **6** is ⟨.i. patruus⟩ H **7** in adelphos: in adelphis *Mai om.* $P_1$ / laudas: laudis H laudo φ *Mai* / iudico: video $M_1$A **8** a patre *om.* φ **9** dicimus: dicitur φ / mis ⟨vocantes sic⟩ π / puer: puerum πφ / matrem (*Mai*): matre $V_1$ / imitatur: imitans φ **10** e ⟨et per compositionem hic et hec compatriota e⟩ $P_1$ **11** de patria natus: significans patriam $P_1$ **12** .i. ad patriam remeare: .i. a patria remorare $V_1$ *om.* I$P_1$ **13** patre ⟨patrius a um, et⟩ H

tre hoc **patrimonium** ii, [14] et hic **patronus** ni .i. defensor, [15] unde hec **patrona** ne, [16] et **patrocinor** ris .i. defendere verbum deponens, [17] unde **patrocinator**, [18] **patrocinatus**, [19] **patrocinatio**, [20] et hoc **patrocinium** ii .i. defensio. [21] Item a patre **patritius** a um .i. de patrum genere natus, [22] quod etiam **patrius** dicitur, [23] et **patro** as .i. facere, [24] unde **patratus**, [25] **patratio**. [26] Et componitur **repetro** as, [27] et **perpetro** as, [28] et **impetro** as, et ab istis verbalia. [29] Pater componitur hic **compater**, [30] et hic **patriarcha** che .i. princeps patrum, [31] et hic **patrimus** mi .i. ille qui cum sit pater adhuc habet avum vivum, [32] et hic **paterfamilias** .i. pater super familiam.

[1] **Pinso** is pinsui pinsum su verbum neutrum .i. pistrire, [2] inde hic **pi-** P xi
**stor** ris, [3] unde **pistorius** a um, [4] et hec **pistrix** cis quod etiam pro muliere dicitur que pinsit, et pro quodam magno pisce qui aliter dicitur balena. [5] Item a pinso **pinsus** a um .i. pistritus, [6] et hec **pinsio** nis, [7] unde hec **pinsiuncula** e .i. parva pinsio, [8] et hec **pinsa** e .i. scacella cum qua pasta maceratur, unde quidam poeta neque pinsis pinsui neque palatis molui; [9] et inde hec **pinsula** e diminutivum, [10] et **pinso** as, [11] et **pinsito** as ambo pro frequenter pistrire, et ab istis verbalia. [12] Item a pinso hoc **pistillum** li .i. pestellum. [13] Et a nomine pistrix quod superius protulimus, **pistrio** is verbum neutrum, [14] unde **pistritus** a um, [15] et hec **pistritio** nis, [16] et hoc **pistrinum** ni .i. locus ubi pistritur, [17] quod etiam aliter dicimus hec **pistrilla** le, unde Terentius in adelphos apud ipsum locum est pistrilla, et ex adverso fabrica. [18] Item a pinso **pisticus** a um .i. conmixtus ex diversis, sicut electuarium vel pretiosum unguentum ex diversis commiscetur speciebus.

---

**8** Poeta Pomponius Bononiensis *atell.* 187-8 Ribb.[3]: neque malis molui neque palatis pinsui
**17** Ter. *ad.* 583-584: apud ipsum lacum (locum *var. l.*) | est pistrilla et exadvorsum fabrica

---

**15-20** *post* 28 $P_1$ **16** defendere *et s.l.* vel auxiliari H / verbum deponens *om.* φ **17-19** patro- P x
cinator, patrocinatus, patrocinatio: verbalia φ **18** patrocinatus ⟨patrocinatrix⟩ H **20** defensio ⟨vel auxilium⟩ H **21** a patre: de patre H *om.* $V_1$ / natus ⟨quasi nobilis⟩ $P_1$ **22** patrius: patruus $V_1$I **24-25** patratus, patratio: verbalia φ **26** as ⟨.i. reficere tortum facere⟩ H **27** as ⟨.i. perficere⟩ H **28** et impetro as ⟨.i. petere vel petendo optinere⟩ H *om.* $M_1P_1$ **29** Pater: Patro *Mai* **30** .i. princeps patrum ⟨quia archos dicitur princeps⟩ π *om.* φ **31** patrimus mi: patrinus ni π / vivum *om.* $P_1$ **32** .i. pater super familiam. ⟨Componitur etiam hic et hec patricida de .i. ille qui occidit patrem, et inde hoc patricidium dii. Dicitur etiam a patre hic patrinus ni⟩ H *om.* φ

**1** su ⟨vel pistum tu⟩ H **4** pro muliere *om.* $P_1$ / que pinsit, et pro quodam *om.* $P_1$ / pinsit P xi
(*Mai*): pinxit $V_1$ / aliter dicitur *om.* $P_1$ **5** .i. pistritus *om.* $P_1$ **7** *om.* A / .i. parva pinsio: diminutivum I$P_1$ **8** .i. ⟨parva⟩ φ / scacella: scutella $P_2$ *s.l.* $M_1$ / poeta *om.* $P_1$ / palatis: polaris I **10-11** et ... pistrire: et pinso as frequentativum, et pinsito as frequentativum $P_1$ **11** ambo ⟨frequentativa⟩ $M_1$A / pistrire: pinsere I **13** *om.* $P_1$ / protulimus: posuimus φ **14** pistritus: pisticus I pistrius $P_2$ **15** pistritio: pistrio $M_1P_2$ **17** dicimus: dicitur Iφ / in adelphos: in adelphis *Mai om.* $P_1$ / apud: ab tum $P_1$ / et ex adverso fabrica *om.* $P_1$ **18** electuarium: lactuarium π$P_1$ / commiscetur: conmixtum H confectum $M_1$A / speciebus. ⟨Et a supino pistu u mutata in o fit pisto as verbum neutrum, unde verbalia⟩ H

P xii [1] **Pellis** is, [2] inde hec **pellicula** le diminutivum, [3] et **pellitus** a um .i. pellibus indutus, [4] et hec **pellicia** e, [5] et hec **pelliris** is .i. galea ex corio vel ex pelle, [6] et hic et hec et hoc **pellax** cis .i. fallax fraudulentus, unde Martianus pellax soricas cumque sensim congeris; et comparatur pellacior pellacissimus, [7] unde **pellaciter** pellacius pellacissime adverbia, [8] et hec **pellacia** e .i. fallacia, unde Prudentius contra hereses sentio quem contra moveat pellacia litem. [9] Item a pelle **pellicio** is pellexi vel pellicui pellicitum tu .i. decipere verbum activum, unde Livius quepiam te Lidio fulgens decore et gratia pellicuit; [10] et inde hec **pelex** cis .i. illa que sub uxore habetur vel ante uxorem habita est dimissa, [11] unde hic **pelicatus** ui .i. adulterium. [12] Pellis componitur hic **pelliparius** rii .i. parmentarius eo quod parat pelles. [13] Componitur quoque pellis **depelliculo** as .i. decipere verbum activum, [14] inde **depelliculator**, [15] **depelliculatus**, [16] **depelliculatio**.

P xiii [1] **Pilus** li, [2] inde **pilosus** a um, [3] et hec **pilositas** is, [4] et hic **pilax** cis .i. catus murilegus, eo quod pilis maxime habundet vel quia pilus eius est pretiosus, unde in vita sancti Sansonis legitur quod cellerarius confecit venenum, et probavit per pilacem esse mortiferum. [5] Item ab hoc nomine quod est pilus hec **pila** e .i. polotellus cum quo luditur eo quod sit pilis plenus. [6] Et componitur hic **pilicrepus** pi .i. ille qui ludit cum pila, [7] quod etiam hic **ludipilus** li dicitur eo quod ludat cum pila. [8] Et sciendum quod **pila** quoque dicitur pro quodam vase in quo teruntur her-

---

P xii 6 Mart. Cap. IV 423: pellax soritas cumque sensim congeris 8 Prud. *ham.* 637: Sentio quam (quem *var. l.*) contra moueat pellacia litem 9 Livius] Laev. 18 Buechner (*cf.* Prisc. *G.L.K.* II 496,27-497,1 *H.*): quaepiam alia te illo | Asiatico ornatu affluens, | aut Sardiano ac Lydio- | fulgens decore et gratia | pellicuit

P xiii 4 *Vita Samsonis* 16 p. 159, ASOB I: Pistor vero accepto consilio mali fratris venenum sancti Samsonis per suum antidotum pocula miscuit, tillum quoddam fricans dedit ei bibere, atque quatenus fieret probabile mortiferum, parum de eo prius pelaci dedit. Pelax autem ut bibit, saltum praecipitem dedit et statim mortuus est.

---

P xii 2 diminutivum *om.* π 6 fallax *om.* φ / fraudulentus *om.* $P_1$ / Martianus *om.* $P_2$ / soricas: foricas $M_1P_1$ / cumque sensim congeris *om.* $P_1$ 7 adverbia *om.* I 8 contra hereses *om.* $P_1$ / quem: quam $M_1P_2$ / contra moveat: commoveat I / pellacia *et s.l.* vel sententia H / litem: littere I 9 pelle: pellis $P_2$ / verbum activum *om.* $P_1$ / quepiam: quempiam $IM_1$ / te Lidio: tolidio I / te ⟨mulier⟩ H 10 sub uxore habetur vel *om.* $P_1$ 12 parmentarius: palmentarius π / eo quod parat: .i. preparat $P_1$ ⟨.i. preparat⟩ π 14-16 depelliculator, depelliculatus, depelliculatio: verbalia φ 14 depelliculator ⟨depelliculatrix⟩ H 15 *om.* H 16 depelliculatio ⟨et hec depelliculatio, et componitur versipellis⟩ $P_1$

P xiii 4 catus *om.* $P_1$ / murilegus *om.* I / eius *om.* $P_1$ / confecit: fecit φ / et ... pilacem: et per pilacem comprobatum $P_1$ / esse *om.* I 5 e ... luditur *om.* $P_1$ / polotellus: pilotellus φ / sit: fit I / plenus: plena ⟨pilote⟩ $P_1$ *om.* I 6-7 Et ... pila: Et inde per compositionem hic ludipilus eo quod ludat cum pila, et hic pilicrepus in eodem sensu φ 8 pila *om.* $P_2$ / vase in: instrumento cum I / teruntur: tenentur *Mai* / herbe: habere $P_2$

*417 / 418 M.*

be, [9] et tunc inde venit hoc **pilentum** ti .i. quoddam genus curruum eo quod terat viam, unde Horatius in epistolis eseda festinant, pilenta, petorita; [10] et **pilo** as .i. rapere sed non est in usu. [11] Componitur quoque **compilo** as verbum activum .i. rapere vel contundere, unde Horatius ne te compilent fugientes; [12] et inde **compilator** is quo nomine ille vel maxime solet censeri qui sicut diverse herbe in pila ita plurima aliorum scripta inter sua congerit, [13] et inde **compilatorius** a um, [14] et **compilatus** a um, [15] et hec **compilatio** nis. [16] Item ab hoc nomine quod est pilus per compositionem hic **capillus** li, et dicitur capillus quasi capitis pilus, de quo in tertia littera sufficienter diximus, [17] et hoc **pilleum** ei .i. mitra quia tegit pilos, [18] unde hoc **pilleolum** li diminutivum, unde Horatius ut cum pilleolo soleas conviva tribulis.

[1] **Pilum** li .i. telum, [2] inde hic **pilanus** ni ille qui cum telo graditur armatus, [3] et hic **pilata** e .i. fur et dicitur pilata quasi cum pilo latens, [4] et hic **pirata** e .i. raptor in aquis et dicitur pirata quasi cum pilo et rate pugnans, [5] unde **piraticus** a um, [6] et hec **piratica** e .i. latrocinium per mare, unde in historia dicitur quod filius Pompei piraticam exercuit. [7] Pilum componitur hic **primipilus** li qui primum pilum fert ante regem, [8] qui etiam **primipilaris** dicitur. [9] Componitur quoque **expilo** as .i. diripere, unde in Salustio repperies quod Catilina expilavit erarium, [10] et inde **expilator**, [11] **expilatus**, [12] **expilatio**, [13] **depilo** as .i. furari, [14] et inde **depilator**, [15] **depilatus**, [16] **depilatio**, [17] **suppilo** as .i. compilare, unde Plautus ille profecto suppilabat me, quod ancillas meas suspicabar; et inde verbalia. P xiv

[1] **Palam** adverbium .i. aperte, [2] inde **palo** as verbum activum .i. vagare, unde Prudentius in libro contra hereses ponens participium ait palantes P xv

---

**9** Hor. *epist.* II 1,192 **11** Hor. *serm.* I 1,78 **18** Hor. *epist.* I 13,15. P xiii

**6** *cf.* Vell. II 73,3 **9** *cf.* Sall. *Iug.* XXXI 9 **17** Plaut. *asin.* 888-889: ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas | suspicabar P xiv

**2** Prud. *apoth.* 623 P xv

---

**9** venit *om.* $P_1$ / viam: terram $P_1$ / in epistolis *om.* $P_1$ / petorita: petorida $V_1$ petorica $HIP_2$ **10** *om.* $P_1$ / rapere ⟨vel contundere⟩ I / sed ... usu *om.* H **11** Componitur ... as *om.* H / Componitur ⟨pilus expilo as vi, et⟩ $P_1$ / verbum activum *om.* $P_1$ / .i. rapere *om.* HI / vel: et *Mai om.* I / contundere *om.* I / Horatius ⟨in epistolis⟩ I **12** is ... censeri *om.* $P_1$ / nomine ⟨censetur⟩ I / sicut *om.* $P_1$ / diverse herbe: diversas herbas φ diversa $P_1$ / in pila ita plurima *om.* $P_1$ **14** *om.* $P_1$ **16** et dicitur capillus *om.* $M_1$A / de ... diximus *om.* $P_1$ **17** quia: que I **18** diminutivum *om.* $P_1$ / tribulis: tribunis A ⟨etiam pila pes pontes, pila ludus, pila taberna, pila terit pultes in bellis pila geruntur⟩ $P_1$ P xiii

**2** hic *om. Mai* / telo: pilo $P_1$ **4** pilo: pira φ / rate (*Mai*): rapte $V_1$ late I **6** in historia *om.* $P_1$ / Pompei: Pompeii $HP_1$ **9** diripere: eripere φ / repperies quod *om.* $P_1$ **10** expilator ⟨expilatrix⟩ H **11** *om. Mai* **13** *om.* $IP_1$ **14-16** *om.* Iφ$P_1$ **14** depilator ⟨depilatrix⟩ H **15-16** *mutato ordine* H **17** compilare (*Mai*): compellere πφ$P_1$ / suppilabat: suppilavit $M_1$ P xiv

**1** adverbium *om.* $P_1$ **2** vagare: vagari φ / in libro: in librum $V_1$ *om.* $P_1$ / contra ... ait *om.* $P_1$ P xv

geminos fuga separat, [3] et inde **palanter** adverbium .i. vage erranter et remisse, [4] et **palabundus** a um .i. vagans et errabundus, [5] et hoc **palatum** ti eo quod amplum sit et interius vaget lingua, [6] et hoc **palearium** rii .i. pellicula illa que pendet ante pectus bovis eo quod laxum sit et vagum, unde Ovidius metamorphoseos in secundo armis palearia pendent; [7] et hoc **palatium** tii .i. ampla domus et vaga, [8] unde **palatinus** a um .i. de palatio existens, [9] et hoc **palatum** ut quidam volunt dicitur a palatio et vocatur palatum quasi oris palatium. [10] Palo componitur **propalo** as .i. declarare reserare, [11] **depalo** as similiter pro reserare, unde Iosephus in XVI ille Corintum tormentum examinans, fecit tormentum depalari; et ab istis verbalia. [12] Item a palam **palus** li eo quod foris et in palam figitur, [13] et inde hic **paxillus** li diminutivum, quia teste Prisciano sicut a qualo quaxillus, et a talo taxillus sic etiam a palo paxillus. [14] Palam componitur **inpalam** .i. inaperto.

P xvi [1] **Parco** is peperci parsum su verbum neutrum, unde Ambrosius super Egisippum ait ponens futurum ne mulierum parsurum sexui; [2] inde **parcus** a um quod comparatur parcior parcissimus, [3] unde **parce** parcius parcissime adverbia, [4] et hec **parcitas** tis. [5] Et componitur parcus **quamparcus** .i. valde parcus, [6] et **perparcus** .i. ultra modum parcus, [7] et inde **perparce** adverbium, unde Terentius in Andria tu quoque perparce facis. [8] Item a parco hec **parsimonia** e .i. abstinentia. [9] Per antifrasim pluraliter he **Parce** arum eo quod minime parcant, [10] et inde hic et hec **parcalis** et hoc parcale.

---

P xv 6 Ov. *met.* II 854  11 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVII p. 483 *F.*: Ille uero Corinthium tormentis examinans fecit omnia depalari  13 Prisc. *G.L.K.* II 109,23-110,6 *H.*: facit igitur 'paulus' 'paululus' ex hoc 'pauxillus' ... 'talus' 'taxillus'

P xvi 1 Ambrosius = Heges. I 43,3: ne mulierum quidem parsurum sexui  7 Ter. *Andr.* 455: tu quoque perparce nimium: non laudo

---

P xv 3 erranter et remisse *om.* $P_1$  4 et errabundus *om.* $P_1$  5 vaget: vagetur $P_2P_1$  6 laxum: latum H / sit: est $V_1$I / metamorphoseos in secundo *om.* $P_1$  8 a um: ni I  9 *om.* $P_1$ / vocatur: dicitur I φ  10 declarare ⟨activum⟩ $P_1$ / reserare *om.* $P_1$  11 as ⟨pro eodem⟩ φ / similiter pro: idem vel $P_1$ *om.* φ / reserare: reservari $P_1$ *om.* φ / XVI: XVIII A *om.* $P_1$ / ille: illa I / tormentum examinans *om.* $P_1$  12 quod ⟨palam et⟩ $P_2$ / foris ⟨sit⟩ $P_2$ / figitur: exigitur I  13 li ... paxillus *om.* $V_1$ / et a talo taxillus *om.* I  14 inaperto ⟨propalam, depalam ambo in eodem sensu .i. inaperto⟩ H

P xvi 1 peperci ⟨parsi⟩ $HP_2P_1$ *om.* $M_1$A / futurum ⟨participii⟩ $P_1$ / ne: nec $M_1AP_1$ *Mai* / mulierum: mulier¯ $IAP_1$ mulierem *Mai* ⟨quidem⟩ $P_1$ / parsurum: parsurus φ  2 *om.* $P_2$ / quod comparatur *om.* $M_1$  3 adverbia *om.* I  5-6 *mutato ordine* I  5 quamparcus *om.* A / .i. valde parcus *om.* $P_1$  6 .i. ... parcus *om.* $IP_1$  7 in Andria *om.* $P_1$  8 parco: preterito parsi addita monia $HP_1$ / .i. abstinentia *om.* φ  9 ⟨Item ab hoc nomine parcus⟩ per φ / antifrasim ⟨.i. per contrarium⟩ π / pluraliter *om.* $P_1$ / eo quod minime parcant *om.* $P_1$

*419 / 420 M.*

[1] **Peto** tis petii vel petivi itum tu verbum activum, [2] inde **petitor** is, [3] **petitus** a um, [4] et hec **petitio** nis, [5] unde hec **petitiuncula** e, [6] et hic **petitus** ui, unde Macrobius inter hec Evangelus petitu omnium temperatus. [7] Item a peto hic **peticus,** [8] vel hic **petitius** tii qui amat aliquid petere, [9] et hic **veneripeta** te per compositionem .i. luxuriosus quasi Venerem petens, [10] et hic **petaso** nis .i. perna porci, unde Martialis Coquus et pultem dubia cum petasone voras; [11] et inde hic **petasunculus** li .i. parva perna, unde Iuvenalis siccus petasunculus et vas. [12] Item a peto hoc **petasum** si .i. calciamentum Mercurii, unde Martianus Capella petaso autem ac talaribus concitatis cepit ire Mercurius; [13] et **petulcus** a um .i. ille qui sepe petit coitum quod proprie de animalibus dicitur, [14] et inde **petulor** ris .i. luxuriari, [15] unde hic et hec et hoc **petulans** tis quod comparatur petulantior petulantissimus, [16] unde **petulanter** petulantius petulantissime adverbia, [17] et hec **petulantia,** [18] et hoc **petoritum** ti dicitur a peto .i. quoddam genus currus, unde Horatius in epistolis esseda festinant, pilenta, petorita. [19] Item a peto hoc **petalum** li .i. forma marmorea ad instar tessere quadrate unde pavimenta templorum et palatiorum quondam sternebantur, unde Iosephus in octavo stravit autem pavimentum templi petalis aureis; [20] et hoc **petaurum** ri .i. quidam ludus, unde Iuvenalis an magis oblectant animum iactata petauro. [21] Peto componitur **repeto** is, [22] inde **repetitus** a um, [23] et hec **repetitio** nis, [24] et **repetundus** a um pro repetendus, [25] **appeto** is .i. desiderare vel adquirere, et inde verbalia, [26] et hic **appetitus** ui, [27] **competo** is .i. convenire, [28] unde hic et hec et hoc **competens** tis, [29] et inde **competenter** adverbium, [30] et hec **competentia** e .i. convenientia, [31] et competens componitur **incompetens,** [32] et inde **incompetenter** adverbium, [33] **oppeto** P xvii

**6** Macr. *Sat.* I 7,12 **10** Mart. III 77,6: et pulpam dubio de petasone voras **11** Iuv. VII 119 **12** Mart. Cap. I 26: petaso autem ac talaribus concitatis coepit praeire Mercurius **18** Hor. *epist.* II 1,192 **19** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VIII p. 224 *F.* **20** Iuv. XIV 265

**5** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **6** ui ⟨.i. petitio⟩ π / inter hec Evangelus *om.* $P_1$ / Evangelus: Evangulus φ **9** te ... luxuriosus ⟨et dicitur veneripeta⟩ $V_1$I *om.* φ **10** dubia: dubio *Mai* / voras: vorax $V_1$I **11** .i. parva perna: diminutivum $P_1$ / perna (*Mai*): pena $V_1M_1P_2$ **12** Capella *om.* $P_1$ / concitatis: citatis $P_1$ / cepit *om.* I **13** .i. ⟨lascivus⟩ H / sepe: se I / coitum: tortum I **14** luxuriari: luxuriare φ ⟨lascivire⟩ H **15** et hoc *om. Mai* / quod comparatur *om.* φ **16** adverbia *om.* I **18** petoritum ti: petoricum ci π / in epistolis *om.* $P_1$ / petorita: petorica π **19** tessere (*Mai et scripsi coll. Isid. orig. XVIII 61*): tessare $V_1$Hφ$P_1$ *om.* I / quadrate: quadrata πφ / pavimenta (*Mai*): pavimentum I palatia $V_1$ / in octavo *om.* $P_1$ / pavimentum: pavimenta $P_1$ **20** oblectant: oblectent H oblectat $M_1$ **22-24** repetitus ... repetendus: verbalia φ **24** repetundus: repetabundus $P_1$ / pro repetendus *om.* H$P_1$ **26** *om.* φ / ui ⟨.i. desiderium, concupiscentia⟩ H **27** convenire *et s.l.* vel congruere H **28** tis ⟨quod comparatur competentior competentissimus⟩ H$P_1$ **29** *om.* $P_2$ / competenter ⟨competentius competentissime⟩ H$P_1$ / adverbium: adverbia H$P_1$ **30-31** *mutato ordine* A$P_2$ **30** *om.* $M_1$ / .i. convenientia ⟨et incompetentia .i. inconvenientia⟩ $P_2$ *om.* $P_1$ **31** competens *om.* φ / incompetens ⟨.i. inconveniens⟩ $V_1$I **32** adverbium ⟨compos tis similiter potens sed antiquitus dicebatur compes tis⟩ $P_1$ ⟨et hec incompetentia .i. inconvenientia⟩ $M_1$ *om.* I

is .i. mori, quod in Prudentio de ymnis sepe repperies, [34] **impeto** is .i. irruere; unde verbalia, [35] et hic **impetus** ui, [36] et hic **impes** tis pro impetu.

P xviii [1] **Purus** a um comparatur purior purissimus, [2] unde **pure** purius purissime adverbia, [3] et hec **puritas** tis, [4] et **purgo** as verbum activum, et dicitur purgo quasi purum te ago, [5] et inde **purgator** ris, [6] et **purgatorius** a um, [7] et hoc **purgatorium** ii locus ubi purgantur anime, [8] et **purgatus** a um quod comparatur purgatior purgatissimus, unde Persius somnia pituita que purgatissima mittunt; [9] et **purgate** purgatius purgatissime adverbia, [10] et hec **purgatio** nis, [11] et hoc **purgamen** nis, [12] et hoc **purgamentum** ti, [13] et hic et hec **purgabilis** et hoc purgabile, [14] unde **purgabiliter** adverbium, [15] et **purgito** tas .i. sepe purgare, unde Plautus in asinaria non mihi homines placent qui quando male fecerint sese purgitant. [16] Purgo componitur **expurgo** as, et inde verbalia. [17] Item ab hoc nomine quod est purus hic **porcus** ci, per antiphrasim eo quod minime sit purus, [18] et inde **porcinus** a um, [19] et hic **porcarius** rii, [20] et hec **porca** ce .i. medietas illa que fit inter duos sulcos ubi aqua discurrit, [21] unde et **porcitores** dicimus qui eas faciunt, [22] et hec **porrigo** nis .i. infirmitas quedam, que solet porcis contingere, unde Horatius in sermonibus impexa fedum porrigine porci. [23] Purus componitur **quampurus** .i. valde purus, [24] et **impurus** .i. non purus.

P xix [1] **Pasco** is pavi pastum tu verbum activum, [2] inde hic **pastor** ris, [3] unde hic **pastorculus** li diminutivum, [4] et **pastorius** a um, [5] et **pastoricus** a um, [6] et hic et hec **pastoralis** et hoc pastorale omnia in uno sensu, [7] et inde **pastoraliter** adverbium. [8] Et **pastus** a um, [9] et hec **pastio** nis, [10] unde hec **pa-**

---

**33** *cf.* Prud. *c. Symm.* II 570; *perist.* II 329; X 65; X 879

**8** Pers. II 57: somnia pituita qui purgatissima mittunt **15** Plaut. *asin.*] *aul.* 753: non mi homines placent qui quando male fecerunt purigant (purgitant *var. l.*) **22** Hor. *serm.* II 3,126: inpexa foedum porrigine? quare

---

**33** quod ... repperies *om.* $P_1$ / Prudentio *om.* A / repperies: invenies φ **36** impetu ⟨expeto is, a quo verbalia⟩ H ⟨repeto, et subpeto⟩ $P_1$

P xviii **2** pure ... adverbia: adverbium $M_1A$ **4** te *om.* $P_1$ **5** ris ⟨et hec purgatrix cis⟩ H ⟨purgatus, purgatio⟩ φ ⟨purgatus⟩ $P_1$ **8** Persius ... mittunt *om.* $P_1$ / que: qui *Mai* **9** adverbia *om.* IA **14** adverbium *om.* I **15** .i. sepe purgare: frequentativum $M_1AP_1$ / asinaria *om.* $P_1$ / quando: cum $P_1$ / fecerint: fecerunt $P_2$ / purgitant: purgitent $P_1$ **16** verbalia ⟨et secundum quosdam repurgo gas⟩ H **17** eo ... purus *om.* $P_1$ **20** discurrit: decurrit $P_2$ **21** porcitores: porcitor $P_1$ ⟨eos⟩ φ / dicimus *om.* $P_1$ / eas: metas $V_2$ hoc φ / faciunt: facit $P_1$ **22** ⟨a parco⟩ hec φ / .i. ... contingere *om.* φ / contingere: evenire H / in sermonibus *om.* $P_1$ / impexa: impedex $P_1$ / fedum: pedum I **23** .i. valde purus *om.* $IP_1$ **24** impurus ⟨et purifico as activum, purificabilis⟩ $P_1$ / .i. non purus ⟨unde hec impuritas tis⟩ H *om.* $P_1$

P xix **3** diminutivum: .i. parvus pastor $V_1$ *om.* $IAP_2$ **4-5** *mutato ordine* H **5** *om.* $P_2$ **6** omnia *om.* $P_1$ **7** adverbium *om.* $AP_2$

*421 / 422 M.*

**sta** e, [11] unde hic **pastillus** li .i. parvus panis, ubi piscis vel caro vel aliquis alius cibus includitur, unde Horatius in sermonibus pastillos Rufillus holet. [12] Item a pasco hic **pastus** tui, [13] et **pastino** as verbum activum .i. plantare, quod etiam in evangelio repperies, [14] et inde **pastinator**, [15] **pastinatus**, [16] **pastinatio**, [17] et pluraliter he **pascue** arum, [18] unde **pascuosus** a um, [19] et **pascuositas** tis. [20] Et per compositionem hic **compascuus** ui .i. communis ager ad pascendum. [21] Item a pasco hec **Pales** is .i. dea pastorum, quod in bucolicis repperies,' [22] unde hic **Palatualis** is .i. eius sacerdos, [23] et hoc **Palilium** lilii .i. eiusdem dee festum, unde Persius fumosa Palilia feno. [24] Item a pasco hoc **pecus** oris, [25] unde **pecorosus** a um .i. locus pecoribus plenus, [26] et pluraliter he **pecudes** dum, et sciendum quod dicimus pecora de maioribus, pecudes autem de minoribus, [27] hoc **pecu** in singulari, sed pecua in plurali de communibus animantibus, unde Solinus de situ Britannie pecua, inquit, nisi interdum a pastu arceantur, ad periculum coget satietas; [28] et inde hic et hec **pecualis** et hoc pecuale .i. pecorosus, [29] et hec **peculitas** is .i. habundantia pecorum, [30] et hic **peculatus** tui .i. commune furtum de communi pecore, [31] et hoc **peculium** lii .i. conquestus de pecoribus, quod etiam pro quolibet conquestu dicitur, unde et Dominus ad filios Israelis eritis mihi in peculium de cunctis gentibus; [32] et inde hic et hec **peculiaris** et hoc peculiare .i. privatus et familiaris, [33] unde **peculiaritas** tis, [34] et **peculiariter** adverbium. [35] A pecu quoque dicitur **pecunia** quia omnis antiquorum possessio in pecuis erat, [36] et inde **pecuniosus** a um .i. pecunia plenus, [37] et hoc **pecuniarium** rii .i. locus ubi pecunia reponitur. [38] Item a pasco hic **passilis** .i. animal vel avis que manu pascitur, [39] et hoc **pabulum** li quod et pro pascuis et pro pastu dicitur, [40] unde **pabulosus** a um .i. pascuis plenus, [41] et hic **pabulator** is .i. pastor. [42] Pasco componitur **depasco** cis, et inde verbalia.

---

**11** Hor. *serm.* I 2,27: pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum **13** *cf.* Marc. XII 1 **21** *cf.* Verg. *buc.* V 35 **23** Pers. I 72 **27** Sol. XXII 2: pecua, nisi interdum a pastibus arceantur, ad periculum agat satias **31** *exod.* XIX 5: eritis mihi in peculium de cunctis populis

---

**11** parvus ... includitur: paste $P_1$ / parvus *om.* H / aliquis *om.* I / in sermonibus *om.* $P_1$ / Rufillus: Rufinus $HIP_2$ / holet ⟨Gargonius hircum⟩ φ **12** tui ⟨et pabulum li⟩ $P_1$ **13** verbum activum *om.* $M_1A$ / quod ... repperies *om.* $P_1$ **14** pastinator ⟨pastinatrix⟩ H **17** ⟨et hec pascua e⟩ et H / he pascue arum: hec pascua orum $P_1$ ⟨et hec pascua orum, a quo hoc pasculum li diminutivum⟩ H ⟨et pascua e⟩ $P_1$ **20** pascendum. ⟨Item a pasco panis is, a quo panitarius rii⟩ $P_1$ **21** is ⟨eiusdem agri dea cum festa Palilia dicuntur templum Palatuale⟩ $P_1$ / .i. ... repperies *om.* $P_1$ / dea pastorum *et s.l.* vel dea stabuli $M_1$ / bucolicis: georgicis [III 1; III 294] $HP_2$ **22** *om.* $P_1$ **23** et ... festum *om.* $P_1$ / dee *om.* I **25** locus *om.* H **26** pecudes autem *om.* $IP_2$ **27** pecu: pecus A / de communibus animantibus *om.* $P_1$ / animantibus: animalibus I *Mai* / pastu: pascuis $P_1$ **30** commune ⟨damnum vel⟩ $P_1$ **31** conquestus: quietus $φP_1$ / pecoribus: pecore $P_1$ / conquestu: questu $P_2P_1$ conquestus π questus $M_1A$ ⟨puro⟩ $P_1$ / et: ait H / Israelis: Israel *Mai* **33-34** *mutato ordine* $P_1$ **35** dicitur: dicta est π / pecuis: pecoribus φ pecudibus $P_1$ **36** .i. pecunia plenus *om.* $P_1$ **38** passilis: pastil $M_1$ pastillis A **40** pascuis: pabulis φ

P xx [1] **Planus** a um comparatur planior planissimus, [2] unde **plane** planius planissime adverbia, [3] et hec **planitas** tis, [4] et hec **planitudo** nis, [5] et hec **planities** ei, [6] et hec **planca** ce eo quod plana sit, [7] unde et **plancos** eos dicimus qui habent planos pedes et latos ad instar plance, quod in Ysidoro repperies. [8] Item ab hoc nomine quod est planus hoc **pluteum** tei .i. scriptorium super quod scribitur, unde Persius nec pluteum cedit nec demorsos sapit ungues; [9] et hec **planta** te quod et pro planitie pedum et pro incrementis dicitur olerum, [10] unde hec **plantula** le, [11] et **planto** as, [12] et inde **plantator**, [13] **plantatus**, [14] **plantatio**, [15] et hoc **plantarium** ii. [16] Et componitur **supplanto** as, [17] et **complanto** as, et ab istis verbalia. [18] Item ab hoc nomine quod est planus **plano** as, [19] et componitur **explano** as, [20] **complano** as, [21] **deplano** as, omnia in uno sensu et dicuntur pro apertum facere, et ab istis verbalia.

P xxi [1] **Pareo** es rui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hic **paries** tis, eo quod parere videatur dum sustentat domum, [3] unde hec **parienna** ne .i. ruina parietum, [4] quod etiam hec **parietina** dicitur, unde Hieronymus in quinto super expositionem in Isaia inter parietinas et angustias veterum ruinarum. [5] Item a pareo hic et hec et hoc **par** ris, [6] unde hec **paritas** is, [7] et **pariter** adverbium, [8] et hic et hec **parilis** et hoc parile, [9] unde **pariliter** adverbium, [10] et hec **parilitas** tis, [11] et hic **parius** rii .i. genus albi marmoris, quod etiam pro hoc nomine quod est albus quandoque ponitur, unde Ovidius metamorphoseos in IX pariis iam sparsus tempora canis. [12] Ab hoc quoque nomine quod est par hec **parotida** de .i. quidam globus qui nascitur in auribus parvulorum ad formam fabe, [13] unde et eos qui tales strumas patiuntur **parotidos** vocamus, unde Macer de viribus herbarum hec in cancros et parotidos lutata iuvabit.

---

P xx 7 Isid.]Fest. p. 258,11; Paul. Fest. p. 259,5 8 Pers. I 106: nec pluteum caedit nec demorsos sapit unguis

P xxi 4 Hier. *in Is.* V 13,21-22 11 Ov. *met.* VIII 568: raris (pariis *var. l.*) iam sparsus tempora canis 13 Macer = Odo Magd. 128: et cancros et parotidas luxataque curat

---

P xx **2** adverbia *om.* I φ **7** eos *om.* $V_1$ / quod in Ysidoro repperies *om.* $P_1$ **8** super quod scribitur *om.* $P_1$ **9** pro planitie: planitie $V_1$ **10** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **12-14** *alio ordine* φ **12** plantator ⟨plantatrix⟩ H **15** ii ⟨.i. planta novella⟩ H **16** ⟨planto⟩ componitur Hφ / as ⟨unde supplantator⟩ $P_1$ **17** et complanto as *om. Mai* **20-21** *mutato ordine* $P_1$ **20** *om. Mai* **21** deplano as *om. Mai* / omnia: omnes π / in uno sensu, et dicuntur *om.* $P_1$

P xxi **1** rui ⟨.i. obedire vel apparere⟩ H **3** parienna: parimina φ / ruina: mina $AP_2$ **4** in quinto *om.* $φP_1$ / super: in $M_1A$ / expositionem: expositione *Mai om.* $P_1$ / in: super $M_1A$ *om.* $P_1$ / Isaia: Isaiam $M_1AP_1$ *Mai* **5** pareo: pario $M_1A$ **8-9** *om.* I **11** ponitur: dicitur π / metamorphoseos *om.* $P_1$ / in IX *om.* $P_1$ **12** fabe: fabi $V_1$ favi *Mai* **13** vocamus: dicimus $P_1$ / de viribus herbarum *om.* $P_1$ / hec: hoc H / cancros: canos $M_1A$ canicos $P_2$ / lutata: litata $P_2$ laxata $P_1$ vitata I potata $M_1A$

*423 / 424 M.*

[14] Par componitur **dispar,** [15] unde hec **disparitas** tis, [16] **suppar** ris .i. subiectus pari, [17] **impar** ris, [18] unde hec **imparitas** tis, [19] **separ** .i. seorsum a pare, [20] **compar** is .i. cum pare, [21] unde **comparo** as, [22] et inde **comparatus** a um, [23] et **comparativus** a um, [24] et hec **comparatio** nis, [25] et hic et hec **comparabilis** et hoc comparabile, [26] unde **comparabiliter** adverbium, [27] et componitur **incomparabilis,** [28] unde **incomparabiliter** adverbium. [29] Pareo componitur **dispareo** es, [30] **appareo** es, [31] unde **apparitores** eos vocamus qui reos faciebant apparere in conspectu iudicum.

[1] **Popa** .i. crassus nomen indeclinabile, unde Persius tremit omento P xxii
P lxv [1] **Puto** as quando est pro opinari verbum neutrum, quando vero pro scindere vel pro purgare activum, [2] et tunc inde dicitur **putatus** a um .i. amputatus. [3] Et componitur **semiputatus** .i. ex parte recisus et ex parte non, unde Virgilius in bucolicis semiputata mihi frondosa vitis in ulmo. [4] Et **putus** a um .i. purgatus et purus, unde et aurum excolatum putum dicimus, et vites purgatas putas esse affirmamus, et rationem puram et apertam putam fore astruimus. [5] Et hec **putatio** nis .i. alicuius rei abscissio, [6] et hoc **putamen** nis .i. alicuius materie recisio, unde Plautus in captivis nucleum amisi, reliqui pignori putamina. Et sciendum quod puto multas habet et diversas compositiones. [7] Dicimus **computo** as .i. numerare, [8] unde **computator** oris, [9] et **computatorius** a um, [10] **computatus** a um, [11] **computatio** nis, [12] hoc **computamentum** ti .i. numeratio, [13] et hic **computus** ti .i. numeri assignatio, antiqui tamen dicebant computus, quod nos quidem abhorremus propter vocis absonantiam, [14] **suppoto** as .i. numerare, [15] unde **suppotator**, [16] **supputatorius** a um, [17] **supputatus** a um, [18] **supputatio**, [19] **supputamen**, [20] **supputamentum**, [21] **amputo** as .i. scindere, [22] unde **amputatus**, [23] **amputatio**, [24] **disputo** as .i. in loquendo dissentire, [25] unde **disputator**, [26] **disputatorius** a um, [27] **disputatus**, [28] **disputatio**, [29] **preputo** as .i. prescindere, [30] unde **preputatus**, [31] **preputatio**,

---

P lxiv 14 Iuv. V 72-73

P lxv 3 Verg. *buc.* II 70: Semiputata tibi frondosa vitis | in ulmo 6 Plaut. *capt.* 655: nuculeum amisi, reliqui pigneri putamina

---

P lxiv finge: fuge I / tamen *om.* I / improbulum: probulum I **16-20** *post* 9 $M_1$ / improbo ... laudare *om.* A **16** renuere: vituperare ⟨vel infirmare⟩ $P_1$ **17** vituperare ⟨exprobo refutare⟩ $P_1$ **19** opprobrium ⟨rii .i. derisio⟩ H **20** .i. ⟨experiri vel⟩ $P_1$

P lxv **1** as ⟨putavi⟩ π / ⟨verbum activum⟩ quando vero $P_1$ / pro purgare: purgare *Mai* **3** recisus: excisus φ / et ex parte non *om.* $P_1$ / semiputata ⟨domi⟩ $V_1$Iφ / frondosa *om.* $V_1$I φ / in ulmo ⟨est⟩ H *om.* $V_1$I φ **4** purgatus et purus: purpureus I / aurum: durum I / vites: vices I / affirmamus: dicimus I adstruimus $P_1$ / rationem puram: reparatam I / rationem: orationem *Mai* / fore: esse φ$P_1$ / astruimus: construimus I adfirmamus $P_1$ **6** alicuius ⟨rei vel⟩ $M_1$A / materie: rei $P_1$ / amisi: amisio $P_1$ / putamina ⟨nota tamen putare pro purgare quod omnia ab eo derivata propie ad vites vel arbores pertinent⟩ H / multas ... compositiones *om.* H / et diversas compositiones: significationes in compositione $P_1$ **8** computator: numerator $P_2$ / oris ⟨et hec computatrix cis⟩ H **9** computatorius: numeratorius $P_2$ **10** computatus: numeratus $P_2$ *om.* $P_1$ **11** computatio: numeratio $P_2$ **12** .i. numeratio: quasi connumeratio φ **13** nos ⟨computus⟩ $P_1$ / quidem ... absonantiam *om.* $P_1$ / vocis: vocum I **14** numerare ⟨et est feneratoris qui sollicitis suppotat articulis⟩ $P_1$ *om. Mai* **15-18** *alio ordine* A **15** suppotator ⟨suppotatrix⟩ H **16-18** *alio ordine* $P_2$ **19-23** *om.* $P_1$ **22** unde ⟨amputator, amputatrix, amputatorius⟩ H ⟨amputator⟩ φ **25-28** *om.* φ **25** disputator ⟨disputatrix⟩ H **29** prescindere: scindere φ **30-31** *om.* φ **30** unde ⟨preputator, preputatrix⟩ H

*450 / 451 M.*

[32] et hoc **preputium** ii, [33] **imputo** as, [34] **deputo** as, [35] **reputo** as .i. crimen alicui imponere, quod etiam aliquando dicitur pro tradere.

[1] **Preda** e, [2] inde hic **predo** nis .i. raptor, [3] et **predor** aris verbum depo- P lxvi
nens, [4] unde **predator** is, [5] **predatorius** a um, [6] **predatus** a um, [7] **predatio** nis, [8] **predabundus** a um ad predandum habilis, [9] et hic et hec **predabilis** et hoc predabile. [10] Predatus componitur **impredatus**. [11] Predor componitur **depredor** aris, et ab istis verbalia.

[1] **Pres** nomen indeclinabile et dicitur secundum antiquos pro hoc nomi- P lxvii
ne quod est presens sed non est in usu, [2] inde tamen componitur **presto** quod est nomen indeclinabile et adverbium dicimus et quandoque est nomen. [3] Et componitur **expres**, [4] et **expresto**, [5] *et dicitur* **presto** *quasi* presens sto, [6] et inde hic **Prestes** Prestitis .i. Baccus quia semper ebriosi presto sunt, unde Macrobius de Saturnalibus b o n i   c o n s i l i i   h u n c   d e u m   p r e s t i t e m   v o c a n t. [7] Alii autem dicunt quod pres declinatur hic **pres** edis .i. dives, [8] et tunc inde dicitur hoc **predium** dii, [9] unde hoc **prediolum** li diminutivum, [10] et **predanus** a um .i. de predio existens, unde Ambrosius i n t e r   c o n v i v i a   p r e d a n a s   e p u l a s   r e c t u a n t e m; [11] et hic **Prediatus** ti .i. deus qui putabatur prediis preesse, unde Martianus sic inter alia nomina deorum, P r e d i a t u s,  M a r s,  L a r s,  Q u i r i n u s   m i l i t a r i s.

[1] **Precor** aris verbum deponens, [2] inde **precanter** adverbium, [3] et **preca-** P lxviii

---

**6** Macr. *Sat.* I 18,17: boni consilii hunc deum praestitem monstrant **10** Ambrosius = Heges. IV 29,2: inter conuiuia pridianas semper eructuantem epulas **11** Mart. Cap. I 46: praediatus, Quirinus Mars, Lar (Lars *var. l.*) militaris

---

**32** ii ⟨a quo preputatus a um⟩ H Preputium propie dicitur cuiuslibet rei summitas, unde in lege [*Lev.* XIX 23] a u f e r e t i s   p r e p u t i a   a r b o r u m. [I *reg.* XVIII 25] E t   D a v i d   d e d i t   S a u l   c e n t u m   p r e p u t i a   P h i l i s t o r u m .i. capita. Restringitur tantum ex usu ad significandum summitatem membri virilis, pellis scilicet que in circumcisione aufertur et in hac significatione sepissime invenitur in sacra scriptura [*gen.* XVII 11, 14, 23, 24; *exod.* IV 25; *Iudith* XIV 6; *Rom.* II 25, 26; *I Cor.* VII 19; *Eph.* II 11; *Col.* III 11] *in marg.* H **33** as ⟨.i. crimen alicui imponere⟩ $P_1$ **34-35** *mutato ordine* H **34** as ⟨in eodem sensu⟩ H ⟨.i. assigno vel addico⟩ $P_1$ **35** reputo as ⟨dignum duco vel iudico. Unde versus [?] f a l c e   p u t o   v i n e t a   m e t o   s a t a   t o n d e o   p r a t a⟩ $P_1$ *om.* I / .i. ... tradere *om.* $P_1$

**3** deponens ⟨.i. rapere⟩ H **4** is ⟨et hec predatrix cis⟩ H **8** ad predandum habilis *om.* $P_2$ P lxvi
**9** predabilis: predalis I / predabile: predale I

**1** secundum: apud φ / presens: preses $P_1$ **2** ⟨non⟩ est ⟨etiam⟩ $P_2$ / indeclinabile *om.* A **3-** P lxvii
**5** Et ... sto: Componitur expres .i. presto quasi presens sto I **4** et expresto: et sto $V_1H\varphi P_1$ *om.* I **5** presto *om.* A **6** Prestes Prestitis: preses $P_1$ / de Saturnalibus *om.* $P_1$ / prestitem *om.* I **8** dii ⟨.i. fundus manertum⟩ H ⟨quia pre aliis ditat⟩ $P_1$ **9** diminutivum *om.* π **10** predanus: predianus $M_1$A / predanas: predianas $M_1$A **11** unde Martianus *om.* $M_1$ / Lars: Lar I

**2** inde ⟨hic precator ris, et hec precatrix cis, et⟩ H **3-8** *alio ordine* φ P lxviii

*451 / 452 M.*

**torius** a um, [4] unde **precatorie** adverbium, [5] et **precatus** a um, [6] et heç **precatio** nis, [7] unde hec **precatiuncula** le, [8] et hic **precatus** ui, [9] et **precabundus** a um .i. ad precandum habilis, [10] et hic et hec **precabilis** et hoc precabile, [11] unde **precabiliter** adverbium, [12] et **precarius** a um .i. precabilis, [13] unde **precarie**, [14] vel **precario** adverbia .i. precabiliter, unde Terentius in eunucho iam vel precario fac tradas. [15] Item a precor hoc **precamen** nis, [16] et **precis** precem a prece tantum in singulari totum vero in plurali reperitur. [17] Et componitur **deprecor** aris, [18] et **imprecor** aris .i. execrare, et aliquando invenitur pro precari, et ab istis verbalia.

P lxix [1] **Plaudo** is plausi plausum su verbum neutrum, [2] inde **plausus** a um, [3] et hic **plausus** ui, [4] et **plausibilis**, [5] vel **plaudibilis**, [6] unde **plausibiliter**, [7] vel **plaudibiliter** adverbia. [8] Et plausus componitur **plausidicus**, [9] **plausificus**, [10] unde **plausidice**, [11] vel **plausifice** adverbia. [12] Plaudo componitur **applaudo** is, [13] unde hic **applausus** ui, [14] et hec **appluda** de .i. sorbitiuncula ex paleis facta circa quam pueri applaudebant.

P lxx [1] **Pello** is pepuli pulsum su verbum activum, [2] unde **pulsus** a um, [3] et hec **pulsio** nis, [4] et **pulsim** adverbium, [5] et hic **pulsus** ui, [6] et **pulso** as, [7] quod componitur **propulso** as. [8] Et sciendum quod antiqui dicebant **pulto** as pro pulso as, unde Terentius cesso iam pultare hoc hostium vicini. [9] Item a pello **pellito** as verbum frequentativum, [10] et hoc **pessulum** li .i. sera lignea quo offirmatur ostium, [11] et pluraliter he **peltes** tium .i. quedam scuta quibus proprie Amazones utebantur, [12] et hic et hec et hoc

---

P lxviii **14** Ter. *eun.* 319-320: clam vel precario | fac tradas

P lxx **8** Ter. *heaut.* 410-411: Luciscit hoc iam. Cesso pultare ostium | vicini **12** Mart. Cap. IV 423: pellax soritas cumque sensim congeris

---

P lxviii **4** adverbium ⟨.i. precabiliter⟩ I **6-8** *alio ordine* $P_1$ **7** precatiuncula: pretiuncula $P_2$ / le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **11** adverbium *om.* I **12** .i. precabilis: qui facile prece flectitur $P_1$ **14** adverbia: adverbium $V_1AP_2$ / .i. ⟨precanter vel⟩ $P_1$ / .i. precabiliter *om.* $M_1$ / in eunucho *om.* $P_1$ / vel *om.* $V_1H$ **15** precor: preco A **16** a *om.* $IP_1$ / tantum *om.* I / vero *om. Mai* **17** componitur ⟨comprecor⟩ $P_1$ / aris ⟨unde verbalia⟩ H **18** .i. ⟨exorare sed non pro⟩ $P_1$ / execrare: execrari $M_1A$ ⟨dicitur⟩ $P_1$ / et aliquando invenitur pro precari *om.* $P_1$

P lxix **1** plausum su *om.* $\varphi$ **2** inde ⟨hic plausor ris, et⟩ H **5-7** *om.* A **5** *in marg.* $M_1$ **7** vel plaudibiliter *om.* $M_1P_2$ / adverbia: adverbium $M_1P_2$ *om.* I **9-10** *mutato ordine* H **10** plausidice ⟨adverbium⟩ H **11** adverbia: adverbium $HP_2$ **12** is ⟨unde verbalia⟩ H **14** appluda: applauda $I\varphi P_1$ / sorbitiuncula: carbuncula $\varphi$

P lxx **1** activum: neutrum *Mai* ⟨a quo hic pulsor ris⟩ H **6** *om.* $M_1A$ / et ⟨a supino pulsu u mutata in o fit⟩ H / as ⟨frequentativum⟩ $P_1$ **7** as ⟨verbum activum⟩ H **8** pro pulso as *om.* I / Terentius ⟨in heautontumerumenon lucescit⟩ H / vicini *om.* I **10** pessulum: pulsulum I / lignea: linea I / quo: qua A / offirmatur: confirmatur I firmatur $\varphi$ / in canticis [V 6] pessulum ostii mei aperui dilecto meo *in marg.* H **11** proprie *om.* $P_1$ / a pelte dicitur peltatus ta tum, unde Claudianus Magnus de nuptiis Honorii [I 31-33] tu si nivalis per iuga Caucasi sevas petisses pulcher Amazones pugnam desereret peltata cohors *in marg.* H

*452 / 453 M.*

**pellax** cis .i. fallax fraudulentus, unde Martianus pellax soricas cumque sensim congeris; [13] et hec **pellacia** e .i. deceptio vel superbia, unde Prudentius contra hereses sentio quam contra moveat pellacia litem. [14] Pello componitur **appello** is appuli ulsum su .i. applicare, [15] unde **appulsus** a um, [16] et hec **appulsio** nis, [17] et **appello** as .i. vocare, [18] et **appulso** as, et ab istis verbalia, [19] et hoc **applustre** is .i. gubernaculum, unde Iuvenalis victeque triremis aplustre. [20] Componitur quoque **compello** is, [21] unde **compulsus** a um, [22] et hec **compulsio** nis, [23] et hic **compulsus** ui, [24] et **compulso** as, [25] **suppello** is surripere, [26] unde **suppulsus** a um, [27] et hec **suppulsio** nis, [28] et hec **supellex** tilis, unde Persius noris quam sit tibi curta supellex. [29] Componitur etiam **repello** is, [30] **impello** is, [31] **propello** is, [32] unde **propulso** as .i. propellere, [33] **depello** is, [34] **expello** is, et ab omnibus istis verbalia.

[1] **Plasmo** as verbum activum .i. formare, [2] inde **plasmator**, [3] **plasmatus**, [4] **plasmatio**, [5] et hec **plasmatura** e, [6] et hoc **plasma** tis .i. factura et aliquando dicitur pro electuario, unde Persius liquido cum plasmate guttur collueris; [7] et hic **plastes** tis .i. formatio, quod in prophetis repperies, [8] et hic **plastus** ti .i. formatus. [9] Et componitur **prothoplastus** .i. primus formatus. [10] Plasmo componitur **complasmo** as, [11] et **replasmo** as, et ab istis verbalia. P lxxi

[1] **Pinguis** comparatur pinguior pinguissimus, [2] unde **pinguiter** pinguius pinguissime adverbia, [3] et hec **pinguedo** nis, [4] et **pinguesco** is, [5] quod componitur **impinguesco** is, [6] et **pinguo** as quod non est in usu, [7] quod componitur **impinguo** as, [8] et inde **impinguatus**, [9] **impinguatio**. [10] Pinguis componitur **perpinguis** .i. valde pinguis, [11] et **pinguifacio** is, unde verbalia. P lxxii

---

**13** Prud. *ham.* 637: **19** Iuv. X 135-136 **28** Pers. IV 52

**6** Pers. I 17-18: liquido cum plasmate guttur | mobile conlueris **7** *Is.* XLI 25; XLIV 9; XLV 11, XLV 18

---

**12** fraudulentus *om.* $P_1$ / unde ... congeris *in marg.* $M_1$ *om.* $AP_1$ / pellax (*Mai*): pellas $V_1IM_1$ **13** quam: quem $V_1$ que $IM_1P_1$ **14** applicare ⟨ar *non legitur*⟩ H **17** .i. vocare *om.* $P_1$ **19** ⟨navis⟩ gubernaculum φ **20** is ⟨.i. cogere⟩ H **23-27** *in marg.* $M_1$ *om.* A **24** as ⟨et compello as. Componitur etiam⟩ $M_1$ **26-27** suppulsus ... nis: verbalia $M_1$ **27** suppulsio: compulsio I **28** unde ... supellex *om.* $P_1$ **29** is ⟨unde repulsa, repulsura, repugnaculum li; Ovidius [*met.* II 97 *et* III 289] nullam patiere repulsam⟩ $P_1$ **32** *om.* H

**1** .i. formare *om.* $M_1A$ **2-4** *om.* φ **6** guttur ⟨mobile⟩ I **7** hic: hec $P_2$ / formatio: formator I *et s.l.* H / quod in prophetis repperies *om.* I / repperies: invenitur $P_1$ P lxxi

**1** comparatur *om.* A **2** pinguiter: pingue I / adverbia: adverbium $P_2$ *om.* I **4** et ⟨pingueo es quod non et in usu⟩ $P_1$ **6** pinguo (*Mai*): pingo $V_1$ **6-7** quod ... as *om.* A **7** as ⟨neutrum⟩ $P_1$ ⟨unde propheta [*psalm.* XXII 5] impinguasti in oleo caput meum; et inde impinguator ris, et hec impinguatrix cis⟩ H **10** componitur ⟨impinguis⟩ $P_2$ / perpinguis: propinguis I / .i. valde pinguis *om.* $P_1$ **11** pinguifacio: pinguesco I / unde verbalia ⟨et quampinguis, et prepinguis⟩ $P_1$ P lxxii

P lxxiii [1] **Plico** as plicui verbum neutrum, [2] inde hec **plica** ce. [3] Et componitur hic et hec et hoc **simplex** cis .i. sine plica, [4] unde **simpliciter** adverbium, [5] et hec **simplicitas** tis, [6] **supplex** cis, [7] unde **suppliciter** adverbium, [8] et hec **supplicitas** is, [9] et **supplico** as, [10] unde **supplicanter** adverbium, [11] et hoc **supplicamen** nis, [12] et hoc **supplicium** tii .i. tormentum pro quo supplicatur. [13] Componitur etiam plica hic et hec **alterplex** cis .i. animo duplex, [14] unde **alterpliciter** adverbium .i. dupliciter, [15] et hec **alterplicitas** .i. duplicitas, [16] et hic et hec **complex** cis .i. fraudulentus vel alterius dolo consentiens, [17] et inde hec **complicitas** tis .i. concors inter duos dolositas. [18] Componitur quoque plica **duplex** cis, [19] unde **dupliciter** adverbium, [20] et hec **duplicitas** tis, [21] et **duplico** as, [22] unde **duplicatus,** [23] **duplicatio,** [24] et **duplus** a um, [25] **triplex,** [26] unde **tripliciter** adverbium, [27] et hec **triplicitas** is, [28] et **triplico** as, unde verbalia, [29] et **triplus** a um, [30] **quadruplex,** [31] unde **quadrupliciter** adverbium, [32] et hec **quadruplicitas** tis, [33] et **quadruplico** as, unde verbalia, [34] et **quadruplus** a um .i. quadruplicatus. [35] Componitur etiam plica **quinquiplex** cis, [36] **sexquiplex** cis, [37] **decuplex** cis, [38] et a singulis dicimus **quinquiplus** .i. quinquies plicatus, unde Iosephus in XII promisit se quincuplam magnitudinem velle facere; [39] et **sequiplus,** [40] et **decuplus** et sic de singulis numeris dicimus quotiens expedit usque ad centuplum. [41] Plico componitur **explico** as .i. ordinare digerere, [42] inde **explicit** verbum defectivum, [43] unde **explicitus** .i. finitus terminatus. [44] Et componitur **inexplicitus,** [45] et hic et hec **explicabilis** et hoc explicabile, [46] quod componitur **inexplicabilis,** [47] unde **inexplicabiliter** adverbium. [48] Item plico componitur **implico** as, [49] **replico** as, [50] **applico** as, [51] **displico** as .i. deorsum a plica ponere, [52] **complico** as, [53] **interplico** as,

---

38 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XII p. 333 *F.*: et quia prohiberet maiorem construi dixit quintuplam magnitudinem se velle facere

---

1 plicui ⟨citum tu⟩ $P_1$ / neutrum: activum $P_1$ 2 ce ⟨.i. ruga⟩ H 6-8 *post* 13 $P_1$ 6 ⟨Inde etiam per compositionem dicitur⟩ supplex φ / cis ⟨.i. sub plica⟩ H 7 adverbium *om.* I 8 *om.* $M_1A$ 12 .i. tormentum *om.* $P_1$ 13 plica: plico $M_1A$ / alterplex: altraplex A 14 alterpliciter: altripliciter A / adverbium ⟨et hoc supplicamen, et hoc supplicium .i. tormentum pro quo supplicatur. Componitur etiam plico hic et hec altraplex .i. animo duplex, inde altripliciter adverbium⟩ A 15 alterplicitas: altaplicitas A / .i. duplicitas *om.* A 16 dolo ⟨simul⟩ $V_1H$ 18 plica: plico $M_1A$ 19 adverbium *om.* I 20 tis ⟨et duplo adverbium⟩ *post* 22 I 21 as ⟨verbum activum, unde verbalia⟩ H 22-23 duplicatus, duplicatio: verbalia φ 22 duplicatus ⟨a um, duplicitas, et duplo adverbium⟩ I 23-24 *om.* I 24 um ⟨et inde duplo adverbium⟩ H 26 adverbium *om.* I 28 verbalia: triplicatus, triplicatio $P_1$ 29 um ⟨unde triplo adverbium⟩ H 31-32 *om.* I 31 adverbium *om.* $M_1A$ 33 verbalia ⟨et quadruplicatus, quadruplicatio⟩ $P_1$ 34 um ⟨et inde quadruplo adverbium⟩ H / .i. quadruplicatus *om.* $HP_1$ 35 plica: plico $M_1A$ 37 cis ⟨quincuplex⟩ $P_1$ 38 et a singulis dicimus *om.* $P_1$ / .i. quinquies plicatus *om.* $P_1$ / unde ... facere *post* 40 $P_1$ / in XII *om.* $P_1$ / se *om.* $P_1$ / quincuplam: quinquiplus I 41 digerere ⟨extra plicam ponere⟩ H 42 explicit ⟨expliciunt⟩ $P_1$ *om.* A 43 .i. finitus *om.* I / terminatus *om.* $P_1$ 44 inexplicitus: explicitus I *Mai* sexplicitus $V_1$ ⟨.i. infinitus⟩ H 46 *om.* A 47 unde ⟨explicabiliter⟩ H / inexplicabiliter: explicabiliter A / adverbium: adverbia H 48 implico: triplico φ 51 displico as *om.* *Mai* / ponere: pono $M_1A$

*454 / 455 M.*

[54] **multiplico** as, [55] unde **multiplicatus**, [56] **multiplex**, [57] et **multipliciter** adverbium, [58] et hec **multiplicitas** tis. Et notandum quod plico verbum, quando componitur cum prepositionibus sicut est implico, replico, facit preterita implicui et quandoque implicavi, et supina implicitum vel implicatum; quando vero componitur cum nominibus sicut est duplico, triplico et alia que a plico verbo vel a plica componuntur, facit preteritum tantum implicui, et supinum tantum implicatum.

[1] **Potis** et hoc pote .i. possibilis, unde Persius quis pote? vis dicam? nugaris cum tibi, calve; et dicitur quandoque pro hoc nomine quod est bonus, unde Persius ponens comparativum ait quis potior iudex puerisve quis aptior orbis; Ambrosius quoque super Egisippum sic ponens superlativum ait unusquisque spem sui potissimam debet recondere; [2] et inde **potius** potissime et potissimum .i. maxime adverbia. [3] Potis componitur hic et hec **compos** tis, [4] et hic et hec **prepos** tis ambo pro potente, [5] et hic et hec **impos** tis .i. non potens, unde Prudentius in sicomachia impos mentis avaritia. [6] Item potis componitur cum sum verbo et dicitur **possum** quasi potis sum, [7] et inde hic et hec et hoc **potens** quod comparatur potentior potentissimus, [8] unde **potenter** potentius potentissime adverbia, [9] et hec **potentia** e, [10] et hec **potestas** tis, [11] et hic **potentatus** ui .i. potentia. [12] Et a potestate **potestativus** a um .i. potens, [13] unde **potestative** .i. potenter adverbium. [14] Potens componitur **prepotens**, [15] et **quampotens** .i. valde potens, [16] **omnipotens**, [17] unde **omnipotenter** adverbium, [18] et hec **omnipotentia** e. [19] Sic etiam componitur P lxxiv

---

**1** Pers. I 56: qui pote? uis dicam? nugaris, cum tibi, calue    Pers. II 20    Ambrosius = Heges. I 39,7    **5** Prud. *psych.* 584-585

---

**55** *om.* φ / multiplicatus ⟨ta tum, et hic multiplicator ris, et hec multiplicatrix cis, et hec multiplicatio nis, et hic et hec⟩ H ⟨multiplicatio⟩ $P_1$    **56-58** multiplex ... tis *alio ordine* $P_1$    **57** adverbium *om.* I    **58** sicut est implico *om.* $P_1$ / replico: explico H ⟨applico⟩ $V_1H$ *om.* $IP_1$ / preterita: preteritum φ / et quandoque ... vel implicatum *om.* $P_1$ / supina: supinum H / sicut est ... componuntur *om.* $P_1$ / triplico *om.* I / a plico: applico $V_1$ / verbo *om.* H / facit: faciunt Iφ / preteritum: preterita IA / tantum ... tantum *om.* $P_1$ / implicui: in avi ut multiplicavi I implicavi $M_1A$ in avi $P_2$ plicavi *Mai* / supinum: supina $V_1\varphi P_1$ / tantum implicatum: in atum ut multiplicatum I / implicatum: implicavi ⟨et preter excipi hoc solum supplico⟩ $P_1$

**1** possibilis: possibile $AP_2$ *et s.l.* vel potens H ⟨et comparatur potis potior potissimus⟩ $P_1$ / quis: quid $M_1$ qui $P_2$ *Mai* / quis pote vis: pote quivis I / calve ⟨pinguis aqualiculus propenso sexquipede extat⟩ H / ⟨Pote posuit pro possibile⟩ et $P_1$ / puerisve: puerisque φ pueris $P_1$ / quis aptior orbis *om.* $P_1$ / sui: suam $P_1$    **2** potissime ⟨adverbia⟩ $AP_2$ / et: vel $IP_1$ / adverbia: adverbium $AP_2$ ⟨et pote quod componitur utpote pro sicut⟩ $P_1$ *om.* I    **6** et dicitur: vero $P_1$ / potis: potens I / sum ⟨.i. potens⟩ H    **7** quod comparatur *om.* $M_1$    **8** adverbia *om.* I    **12** potestativus (*Mai*): potestivus $V_1$ potentativus A (*cf.* p 518)    **14** prepotens ⟨.i. valde potens⟩ H **15** et quampotens *om.* $P_1$ / .i. valde potens: idem ⟨unde prepotenter, et quampotenter adverbia⟩ H **17** adverbium *om.* I φ    **18** e ⟨omnipotentatus us ui⟩ $P_1$

**cunctipotens,** [20] et **impotens,** [21] unde **impotenter** adverbium, [22] et hec **impotentia** e.

P lxxv [1] **Pungo** is punxi punctum tu verbum activum, [2] inde **punctor** oris, [3] **punctorius** a um, [4] et hoc **punctorium** ii, [5] et **punctus** a um, [6] et hec **punctio** nis, [7] et **punctim** adverbium, [8] et hic **punctus** tui, [9] et hoc **punctum** ti, [10] et **punctito** as, [11] vel **pungito** as .i. sepe pungere, [12] et hoc **pegma** tis .i. baculus cum massa plumbi in summitate pendente, [13] antiqui tamen dicebant hoc **pugma** quod tamen moderni devitant propter vocis hyatum, unde Iuvenalis et pegma et pueros ad velaria raptos. [14] Pungo componitur **compungo** is, [15] unde **compunctus** a um, [16] et hec **compunctio** nis, [17] et componitur **incompunctus,** [18] **dispungo** is .i. deorsum a punctu facere, [19] et **expungo** is .i. extra punctum ponere, unde Persius quem proximus heres impellis expungam; [20] et inde dicimus **expunctores,** [21] et **dispunctores** eos scilicet qui in signandis preerant testamentis, vel eorum inserebant punctos qui erant heredandi, vel illorum quotiens expediebat auferebant qui fuerant exheredandi.

P lxxvi [1] **Poto** as verbum activum, [2] inde hic **potator** oris, [3] **potatorius** a um, [4] **potatrix** cis, [5] et hec **potatricula** le .i. parva potatrix, [6] **potatus** a um, [7] unde **potus** a um per sincopam. [8] Et componitur **epotus,** [9] et hec **potatio** nis, [10] unde hec **potio** nis per sincopam, [11] et inde **potiono** as, [12] vel **potionor** aris .i. potionem dare, unde Hieronymus in II super Isaiam Ieremias cui dictum est, accipe calicem hunc, et potionabis inde omnes gentes. [13] Item a poto hic **potor** oris .i. potator per sincopam,

---

P lxxv **13** Iuv. 122: et pegma et pueros inde ad uelaria raptos **19** Pers. II 13-14: quem proximus heres | inpello, expungam

P lxxvi **12** Hier. *in Is.* III 4,8 (30-31): Hieremias cui dictum fuerat: accipe calicem hunc, et potionabis omnes gentes

---

P lxxiv **19** cunctipotens ⟨tis, unde cunctipotenter adverbium, et hec cunctipotentia⟩ H **21** adverbium *om.* Iφ **22** e. ⟨Item a possum hic et hec possibilis et hoc possibile, a quo possibilitas tis, et possibiliter adverbium. Et componitur possibilis impossibilis impossibile, a quo impossibiliter adverbium⟩ $P_1$

P lxxv **1** is ⟨quando est pro punctum facere facit preteritum punxi quando vero pro transfigere pupugi⟩ $M_1$A / punxi ... activum *om.* $M_1$A / punxi ⟨vel pupugi⟩ H$P_1$ **2** oris ⟨et hec punctrix cis, et⟩ H **9** *om.* $V_1$I / ti ⟨et hic punctus ti⟩ H **10** et ⟨puncto as, et⟩ $M_1$ / punctito: puncto A / as ⟨frequentativum⟩ φ **11** sepe pungere: frequentativum $P_1$ **12** cum massa *om.* I **13** pueros ⟨inde⟩ φ **16** *om.* A$P_2$ **17** incompunctus: impungitus A **18** punctu: puncto φ **19** extra punctum: expungitum I / ponere: facere $M_1$ / impellis: impellit φ impello *Mai* / expungam: expungis $P_1$ expunctum $M_1$A **21** et dispunctores *om.* φ / preerant *om.* H / inserebant: inscribebant φ / punctos *om.* H / heredandi ⟨nomina⟩ H / expediebat ⟨nomina⟩ H / fuerant: erant φ

P lxxvi **1** as ⟨avi⟩ $P_1$ / activum: neutrum $P_1$ **2** oris ⟨potatus⟩ $P_2$ **5** .i. parva potatrix: diminutivum $P_1$ *om.* φ **8-10** *om.* H **10** unde ⟨potatiuncula, et⟩ I **12** in II *om.* φ$P_1$ / potionabis: potionabit A / inde: ante I *om.* φ **13** potor oris .i. potator: potator, et potor oris $P_1$

*456 / 457 M.*

[14] et hic **potus** ui, [15] et hoc **potamen** nis, [16] et **potito** as frequentativum, unde Plautus tecum eque postea una pocula potitet; [17] et **potisso** as similiter pro frequenter potare, [18] quod tamen antiqui dicebant **pitisso** as, unde Terentius in tertia comedia quantum vini mihi pitissando absumpsit. [19] Item a poto hoc **poculum** li quod et pro potu et pro scifo dicitur, unde Virgilius in bucolicis et nobis idem Alchimedon duo pocula fecit. [20] Poto componitur **compoto** as, [21] unde **compotator**, [22] vel **compotor**, [23] **compotatrix**, [24] vel **compotrix**, [25] et inde **compotricula** e, [26] **compotatus**, [27] **compotatio**.

[1] **Pons** tis, [2] inde hic **ponticulus** li diminutivum. [3] Et componitur hic P lxxvii
**depontanus** ni .i. ille qui ad tam gravem devenit vitam, ut magis prosit eum de ponte eicere quam vivere, quod etiam in aliquibus faciebant provinciis. [4] Componitur quoque pons hic **pontifex** cis et dicitur pontifex quasi pontem .i. iter aliis faciens, [5] et inde hoc **pontificium** ii, [6] et hic et hec **pontificalis** et hoc pontificale, [7] et **pontificaliter** adverbium, [8] et **pontificor** aris, [9] et hic **pontificatus** ui, et inde verbalia.

[1] **Pauper** communis generis, [2] inde hic **pauperculus** li, [3] et hec **paupercola** le, P lxxviii
[4] et hec **pauperies** ei, [5] et hec **paupertas** tis, [6] et **pauperus** a um, [7] et **pauperasco** is, unde Iohannes Chrysostomus super Mattheum in rebus secularibus alter pauperascit, alter ditescit. [8] Item ab hoc nomine quod est pauper **paupertinus** a um .i. ad pauperiem redactus, [9] et **paupero** as quod non est in usu, [10] sed inde venit **pauperatus** a um.

---

16 Plaut. *asin.* 771: tecum una postea aeque pocla potitet 18 Ter. *heaut.* 458-459: pytissando modo mihi | quid vini absumsit 19 Verg. *buc.* III 44

7 Chrysost. ] Anianus = *op. imperf. in Matth.* XLIII *PG* 56 col. 876: in saecularibus in eo, quod alter pauperascit, alter ditatur

---

**16-17** unde ... potare *om.* I **16** potito (*Mai*): po $V_1$ / frequentativum: .i. frequenter potare $\pi P_2$ postea: post eam $HAP_2$ **17** similiter pro frequenter: frequentativum $P_1$ / potare *om.* $M_1A$ **18** pitisso: potisso $IP_2$ / tertia: prima $P_1$ / vini: nutu I *om.* $P_1$ **19** scifo: scifis $\pi$ / bucolicis [III 48] ⟨si vitulam spectas, non est quod poculam laudas⟩ $P_1$ / et ... fecit *om.* $P_1$ / et: quia $\varphi$ / fecit ⟨idem in eodem [Verg. *buc.* III 48] si ad vitulam spectas, nil est quod pocula laudas⟩ H **22** *om.* H **24** *om.* $IP_1$ **25** compotricula: compotatricula $AP_2$ / e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **27** compotatio ⟨et componitur epoto, unde verbalia⟩ $P_1$

**2** diminutivum *om.* $\pi$ **3** hic *om.* *Mai* / vitam: molestiam H / eum de: eundem I / eicere: P lxxvii
proicere $V_1I$ / aliquibus: quibusdam $P_1$ **4** cis ⟨.i. episcopus⟩ H / et dicitur pontifex *om.* $AP_2P_1$ / .i. iter *om.* I **5-9** *alio ordine* $HM_1A$ **8** aris ⟨verbum deponens⟩ H **9** *om.* $V_1IP_2$

**1** generis ⟨et comparatur pauperior pauperrimus, unde paupere pauperius pauperrime adver- P lxxviii
bia⟩ I ⟨invenitur tamen in neutro, Statius [*Theb.* I 151] lis est de paupere regno; et comparatur pauperior pauperrimus⟩ $P_1$ **2** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **3** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **6** pauperus (*Mai*): paupersus $V_1$ **8** pauperiem: pauperem I **9-11** quod ... as *om.* I **9** as ⟨unde in vita sancti Egidii [3 p. 299 AASS *Sept.* I] mirabile modo pauperando ditescebat⟩ H / quod non est in usu *om.* H **10** venit *om.* H

[11] Et componitur **expaupero** as .i. extra pauperiem ponere, [12] sic et pauper componitur **quampauper** .i. valde pauper.

P lxxix [1] **Post** prepositio comparatur posterior postremus, [2] inde **posterius**, [3] **postreme**, [4] et **postremo** adverbia, [5] et hec **postremitas** tis, [6] et **posterus** a um, [7] unde hec **posteritas** tis. [8] Et componitur **preposterus** a um quando qui deberet esse ulterior factus est prior, [9] et inde **prepostero** as .i. ordinem transvertere et quod deberet esse novissimum facere primum, [10] et inde **preposteratus**, [11] **preposteratio**. [12] Item a post hic **postumus** mi .i. ille qui nascitur post patris humationem, [13] et hic **postis** is, [14] unde hic **posticulus** li diminutivum, [15] et hic **postellus** li diminutivum, [16] et hec **postica** ce cuius media sillaba corripitur, [17] et **posticus** a um .i. ulterior cuius media sillaba producitur, unde Persius postice occurrite sanne. [18] Item a post hec **postela** le .i. corrigia que post caudam equi tenditur, [19] sicut et **antela** vocatur illa que ante tenditur, [20] et hoc **postliminium** nii .i. reversio de exilio, unde Prudentius contra hereses hinc postliminio redeuntem suscipit alto. [21] Alii tamen dicunt **postliminio** indeclinabile esse, hinc etiam ab hac prepositione post multe alie partes componuntur que aptius alibi dicuntur.

P lxxx [1] **Prandeo** es verbum neutrum et mutuat preteritum vel ut alii volunt, facit ex se ipso pransus sum supina pransum su, [2] inde **pransus** a um, [3] et hec **pransio** onis, [4] et hoc **pransorium** rii .i. domus ubi prandimus, [5] et **pransito** as frequentativum, unde Plautus in Amphitrione ubi flent nequam homines qui polentam pransitant; [6] et hoc **prandium** dii,

---

**17** Pers. I 62 **20** Prud. *ham.* 852: Tunc postliminio redeuntem suscipit alto

**5** Plaut. *asin.* 33: ubi flent nequam homines qui polentam pinsitant (pransitant *var. l.*)

---

P lxxviii **11** .i. extra pauperiem: .i. pauperem I / ponere: facere π ⟨et depaupero ad pauperiem redigere⟩ $P_1$ *om. Mai*

P lxxix **3** postreme ⟨adverbia⟩ $IM_1A$ **4** adverbia: adverbium $IM_1A$ **7-8** unde ... um *om.* I **8** um ⟨.i. transversus⟩ H / quando ... prior *om.* $P_1$ / deberet: debet A / ulterior: ultimus I **9** transvertere: transire $P_1$ / et ... primum *om.* $P_1$ / deberet: debet $AP_2$ **10-11** preposteratus, preposteratio: verbalia φ **10** *om. Mai* / inde ⟨hic preposterator ris, et hec preposteratrix cis, et⟩ H / preposteratus: preposterus I **14** diminutivum *om.* HI **15** *om.* I / diminutivum: diminutiva H *om.* $V_1$φ **16-17** corripitur ... sillaba *om.* I **17** posticus *et s.l.* .i. postremus factus H / .i. ulterior *om.* $HP_1$ / cuius ... producitur *om.* H / sillaba: sillabam A / occurrite: occurre I / sanne ⟨et hoc posticium cii .i. occultum hostium; quod etiam hoc posticum ci dicitur, unde Horatius in epistulis [I 5,31] postico falle clientem⟩ H Horatius [*epist.* I 5,31-32] Tu quotus esse velis rescribe, et rebus omissis | atria servantem postico falle clientem *in marg.* H **19** *om.* φ$P_1$ / tenditur *om.* I **21** Alii tamen dicunt *om.* $P_1$ / postliminio ⟨nomen⟩ φ / esse ... dicuntur *om.* $P_1$ / multe *om.* A / dicuntur: dicentur A

P lxxx **1** facit ex se ipso *om.* $P_1$ / supina: supinum $V_1$ *om.* H / pransum (*Mai*): inpransum $V_1$ / su *om.* $V_1$ **3** *om.* $AP_1$ **4** domus *et s.l.* vel locus $M_1$ / prandimus: prandemus H pranditur $M_1A$ prandetur $P_2$ **5** frequentativum: sepe prandere π / in Amphitrione *om.* $P_1$ / nequam *om.* $P_1$ / polentam (*Mai*): polentant $V_1HP_1$ pollenta I polletam A

*458 / 459 M.*

[7] unde hoc **prandiolum** li diminutivum, [8] et hoc **prandeum** dei .i. quedam zona, quod in vita beati Alexii repperies. [9] Pransus componitur **impransus**. [10] Prandeo componitur **comprandeo** es.

[1] **Pomum** mi, [2] inde **pomulum**, [3] vel **pomellum** diminutivum, [4] et hoc **pometum** ti .i. locus ubi poma crescunt, [5] quod hoc **pomarium**, [6] et hoc **pomerium** dicitur. [7] Invenimus etiam hoc **postmurium** rii pro virgulto pomorum, et dicitur postmurium quasi post muros positum, eo quod virgulta solent esse post muros. [8] Item a pomo hoc **pomacium** cii .i. mollis et liquidus cibus ex pomis factus, [9] et hic **pomilio** onis .i. pomorum venditor vel, ut alii volunt, pomorum custos, [10] **pomiliones** dicebantur aquarum et lignorum portitores quia vili pretio quasi pomis conducebantur. [11] Et notandum quod omnis rotundus fructus **pomum** dicitur, Ovidius pro nuce poma posuit a n n u a  c u l t o r i  p o m a  r e f e r r e  s u o; Virgilius pro prunis c e r e a  p r u n a,  e t  h o n o s  e r i t  h u i c  q u o q u e  p o m o. P lxxxi

[1] **Plodo** dis plosii vel plosivi plosum su .i. repercutere, [2] inde **plosus** a um .i. repercussus, [3] et hec **plosio** is, [4] et hoc **plaustrum** tri eo quod a terra sepius repercussa, [5] unde hic et hec **plaustralis** et hoc plaustrale. [6] Et componitur plodo **complodo** is .i. concutere, [7] unde **complosus** a um .i. concussus, [8] et hec **complosio** is. [9] Sic etiam componitur **displodo** is .i. discutere vel quassare, [10] et inde **displosus** a um .i. discussus, unde Horatius q u a n t u m  v e s i c a  d i s p l o s a  p e p e d i. P lxxxii

[1] **Pallium** lii, [2] inde hoc **palliolum** li, [3] et **palliatus** a um .i. multis pal- P lxxxiii

---

8 *Vita Alexis* 2 p. 252, AASS *Iul.* IV P lxxx

11 Ov. *Nux* 6 Verg. *buc.* II 53: cerea pruna (honos erit huic quoque pomo) P lxxxi

10 Hor. *serm.* I 8,46: nam, displosa sonat quantum vesica pepedi P lxxxii

---

**7** diminutivum *om.* Iφ **8** quod: quam $V_1$I que $P_1$ / repperies: reperitur $P_1$ **10** componitur ⟨reprandeo⟩ I P lxxx

**2** *om.* I / pomulum ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **3** diminutivum: diminutiva φ .i. parvum pomum $V_1$H **7** postmurium: postmerium φ / pro ... postmurium *om.* φ / solent: soleant φ **9** volunt (*Mai*): volunt vel πφ / pomorum custos *om.* $P_1$ / pomorum *om.* I **10** dicebantur *om.* φ / portitores: venditores $V_1$ / pomis: pomo $P_1$ **11** poma: pomum $AP_2$ / pro ... pruna *om.* $P_2$ / ⟨a d d a s⟩ cerea H / pruna: poma $M_1$ / honos erit *om.* I P lxxxi

**1** plosivi: plodii I ⟨vel plodii⟩ $P_1$ **2** .i. repercussus *om.* φ **4** eo quod *om.* π / a terra: terram φ / repercussa: repercutiat φ repercutiatur $P_1$ **7** .i. concussus *om.* φ$P_1$ **10** Horatius ⟨in sermonibus⟩ A ⟨n a m  d i s p l o s a  s o n a t⟩ $P_2$ / quantum *om.* A / vesica displosa: displosa vesica $M_1$A / displosa *om.* $P_2$ / pepedi: pependit $AP_2$ P lxxxii

**1-4** *om.* H **2** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **3** .i. multis palliis: pallio $P_1$ P lxxxiii

*459 M.*

liis indutus, [4] et **pallio** as .i. tegere vel occultare, [5] unde **palliatus**, [6] **palliatio**, [7] et hoc **palliamen** nis .i. occultamen. [8] Et componitur **subpallio** as, [9] et **oppallio** as ambo pro occultare, et ab istis verbalia. [10] Dicimus etiam hec **palla** le pro pallio.

P lxxxiv [1] **Plebs** plebis, [2] inde **plebeius** a um .i. de plebe existens vel ad plebem pertinens, unde Persius plebeia radere beta; [3] hec **plebicula** le, [4] et hoc **plebiscitum** ti .i. plebis iudicium. [5] Et sciendum quod dicimus etiam hec **plebes** is pro plebe, unde Lucanus nescit plebes ieiuna timere; [6] et inde hec **plebecula** le diminutivum.

P lxxxv [1] **Publico** as .i. divulgare, unde Ysidorus si vis virtutes tuas augere, publicare noli; [2] et inde **publicanter** adverbium .i. publice, [3] et **publicatus** a um, [4] et **publicus** a um, [5] unde **publice** adverbium, [6] et hec **publicitas** is, [7] et **publicitus** adverbium, unde Prudentius in libro ymnorum publicitus iubet in platee flexu sistere virginem; hinc etiam Plautus ita peregre adveniens hospitio publicitus accipiar. [8] Item a publico hoc **pulpitum** ti eo quod ibi publice legatur. [9] Et componitur **depublico** as, et ab his verbalia.

P lxxxvi [1] **Promo** mis prompsi promptum tu verbum activum, [2] inde **promptus** a um quod comparatur promptior promptissimus, [3] unde **prompte** promptius promptissime adverbia, [4] et **promptulus** a um .i. aliquantulum promptus, [5] et hoc **promptuarium** rii .i. cellarium, unde in psalmis promptuaria eorum plena; [6] quod etiam hic **promus** mi dicitur, unde Horatius in sermonibus non biberes diluta, foris est promus, et

---

P lxxxiv 2 Pers. III 114 5 Lucan. III 58

P lxxxv 1 *non repperi* 7 Prud. *perist.* XIV 38-39: publicitus iubet | flexu in plateae sistere virginem Plaut. *Amph.* 162-163

P lxxxvi 5 *psalm.* CXLIII 13 6 Hor. *serm.* II 2,16: ne biberis diluta. Foris est promus, et atrum

---

P lxxxiii **5-7** *post* P lv 14 H / *alio ordine* $P_1$ / unde ... occultamem: et ab his verbalia A **5** palliatus ⟨ta tum .i. tectus occultatus⟩ H *om.* φ **8-9** *om.* A **8-10** *om.* H

P lxxxiv **2** plebeius: plebeus $P_1$ / plebeia radere beta: plebeiara derebeca $P_2$ **3** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **5** sciendum ... etiam *om.* $P_1$ / is ⟨vel plebei⟩ $P_1$ / plebe: plebes $P_1$ **6** *om.* I

P lxxxv **1** vis *om.* I / augere: augeri $AP_2$ **2** adverbium .i. publice: et publice adverbia ⟨publicator, publicatio⟩ $M_1A$ *om.* $P_1$ / .i. publice *om.* $P_2$ **3** um ⟨publicatio⟩ $P_2P_1$ **5** *om.* A **7** publicitus ⟨et publiciter⟩ $P_1$ / adverbium: adverbia $P_1$ / publicitus: publicitas φ / platee: platea $P_1$ / flexu: fluxu A fluctu I / hinc ... accipiar *om.* $P_1$ **8** ibi publice: in publico $P_1$ / legatur: legitur $V_1I$ **9** Et ⟨publico⟩ φ

P lxxxvi **3** prompte ... adverbia: adverbium φ **5** psalmis: psalmo $P_1$ Psalmodia *Mai* / plena ⟨et cetera⟩ $P_1$ **6** in sermonibus *om.* $P_1$ / biberes: bibes $P_1$

*459 / 460 M.*

antrum. [7] Et per compositionem **inpromptu** indeclinabile .i. inaperto. [8] Promptus componitur **perpromptus** .i. valde promptus. [9] Promo componitur **depromo** is, [10] et **expromo** is, et ab istis verbalia.

[1] **Pannus** ni, [2] inde hic **panniculus** li, [3] et **pannosus** a um, [4] et **pannucius** a um .i. pannis vilibus indutus, unde Persius dum ne deterius sapiat pannucia Baucis. [5] Et per compositionem **depanno** as .i. dilacerare, et ab istis verbalia. P lxxxvii

[1] **Prodigus** a um .i. consumens vel ultra modum effundens, [2] unde **prodige** adverbium, [3] et hec **prodigalitas** tis, [4] et hoc **prodigium** gii .i. res quelibet horrenda et monstruosa, [5] unde **prodigiosus** a um .i. monstris plenus, [6] et **prodigiose** adverbium, [7] et hic et hec **prodigialis** et hoc prodigiale .i. monstruosus, [8] unde **prodigialiter** adverbium, [9] et hec **prodigialitas** is, [10] et hic **prodigiator** is .i. prodigiorum interpres, [11] et hec **prodigua** e .i. hostia consumens, [12] unde **prodiguus** a um .i. consumens, [13] unde hec **prodiguitas** is .i. vastitas. [14] Item ab hoc nomine quod est prodigus **prodigo** gis prodegi per compositionem .i. aliquid consumptorie .i. sine mensura agere, unde Plautus in asinaria festo die si quid prodegeris, profecto egere liceat. P lxxxviii

[1] **Pompa** pe, [2] inde hec **pompula** le, [3] et **pomposus** a um, [4] unde **pompose** adverbium, [5] et hec **pompositas** tis, [6] et **pompo** as .i. superbire, unde Iosephus in XX in gentem vestram aperta malignitate pompabat; [7] et inde hic **pompator** is qui aliquid superbe et presumptuose agit, [8] et **pompaticus** a um .i. pompa plenus, [9] et **pompatice** adverbium. P lxxxix

---

4 Pers. IV 21 P lxxxvii

14 Plaut. *asin.*] *aul.* 380-381: festo die si quid prodegeris, | profesto egere liceat P lxxxviii

6 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XX p. 591 *F.*: in gentem nostram aperta malignitate portabat P lxxxix

---

7 *in marg.* $M_1$ *om.* HA   8 Promptus componitur *om.* $P_2$ P lxxxvi

2 li ⟨diminutivum⟩ $P_1$   3 um ⟨et pannutus a um idem⟩ $P_1$   4 dum *om.* I / ne: nec $P_1$ P lxxxvii

3 *post* agere *ad* 14 φ / *om.* $V_1$I   5 monstris: monstro $P_1$   7 .i. monstruosus *om.* $P_1$   11 prodigua (*Mai; coll. Fest.* 296, 23; *Paul.* 297,5): prodigna πφ$P_1$   12 *om.* $P_1$ / prodiguus (*Mai*): prodignus πφ$P_1$   13 prodiguitas (*Mai*): prodignitas πφ$P_1$ / vastitas ⟨ubi multum consumitur⟩ $P_1$   14 Item ... prodigus: Item a prodigo $AP_2$ / prodigo (*Mai*): prodigio π$AP_2$ / .i. aliquid: in aliquo $AP_2$ / si quid: aliquid *Mai* / profecto: profesto *Mai* / liceat: licet φ P lxxxviii

2 le ⟨diminutivum⟩ $P_1$   6 in XX *om.* $P_1$ / vestram: nostram $M_1$A / aperta: comperta I / pompabat: pompabit A   7 agit ⟨et hec pompatrix cis⟩ H P lxxxix

P xc [1] **Propina** ne .i. taberna eo quod famem pellat, [2] inde **propino** as .i. potum administrare, [3] inde hic **propinator** oris qui potum administrat, unde Ovidius inde propinator nimium ne vina propinet; [4] et hec **propinatrix** cis, [5] et hoc **propinatorium** ii .i. domus unde propinatur, [6] et **propinito** as .i. sepe propinare.

P xci [1] **Polis** is dicitur civitas sicut superius diximus, [2] et componitur hec **tetrapolis** is .i. civitas alias quattuor habens sub suo iure, [3] et inde **tetrapolitanus** qui illam inhabitat civitatem, [4] **pentapolis** que quinque habet sub se civitates, [5] inde etiam **pentapolitanus** dicitur qui illam habitat civitatem, [6] **decapolis** civitas que decem habet sub se civitates, [7] unde et **decapolitanus** dicitur qui illam inhabitat civitatem, [8] **endecapolis** civitas illa que habet sub se alias undecim, quia [8a] endecas undecim dicitur, [9] unde **endecasillabas** vocamus odas undecim sillabarum. [10] Item ab hoc nomine quod est polis dicimus **poli** nomen indeclinabile .i. multus, [11] quod componitur **polisillabus** .i. multarum sillabarum, [12] et hic **polidamas** .i. multicuba et multarum amator, unde Persius an mihi Polidamas, et Troiades Labeonem pretulerint. [13] Dicitur etiam ab hoc nomine polis hic **polipus** pi .i. fetor qui maxime solet esse in civitate et ponitur pro quolibet fetore, unde Horatius in sermonibus veluti Balbinum polipus Agne. Alia quoque et de ista parte superius ad plenum protulimus, ubi de polio verbo tractavimus.

---

P xc 3 Ov. *ars* I 587: inde procurator (propinator *var. l.*) nimium quoque multa procurat (propinet *var. l.*)

P xci 12 Pers. I 4-5: ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem, | praetulerint 13 Hor. *serm.* I 3,40: veluti Balbinum polypus Hagnae

---

P xc **1** famem ⟨procul⟩ $P_1$ / pellat: expellat $P_1$ **3** inde ... administrat *om.* $IP_2$ / oris ... administrat $M_1A$ **4-6** *in marg.* $M_1$ *om.* A **4** ⟨unde propinator⟩ et $P_2$ **6** .i. sepe propinare: frequentativum $P_1$

P xci **2** is ... iure *om.* $P_1$ / quattuor (*Mai*): tres $V_1I$ φ / suo iure: se φ **3** qui ... civitatem *om.* $M_1AP_1$ **4** pentapolis ⟨.i. civitas illa⟩ $V_1$ / que ... civitates *om.* $P_1$ / que quinque habet: quinque habens I / civitates *om.* $AP_2$ **5** dicitur ... civitatem *om.* $P_1$ / habitat: inhabitat $HM_1A$ **6** civitas ... civitates *om.* $P_1$ / civitas *om.* H / habet: habens I / sub se civitates *om.* H / civitates *om.* φ **7** dicitur ... civitatem *om.* $P_1$ / inhabitat: incolit $M_1A$ / civitatem *om.* HI **8** civitas *om.* H / que habet: habens I / sub se *om.* H / alias: civitates $P_1$ *om.* Hφ / endecas: endeca *Mai* **9** endecasillabas: hendecasillabus H **10** nomen *om.* π / multus: multum *Mai* ⟨pluralis⟩ H **11** polisillabus: polisillabus ba bum H polisillaba $P_1$ **12** multicuba: multi vel nuba A *et s.l.* vel multi nuba $M_1$ / multarum: multorum φ ⟨amantium⟩ $P_2$ / Troiades: Troades A **13** Dicitur ... polis *om.* $P_1$ / qui ... civitate *om.* $P_1$ / et ⟨pro fetore narium⟩ $M_1A$ / unde ... protulimus *om.* $P_1$ / in sermonibus *om.* φ / parte *om.* $V_1$ / ad plenum *om.* I / ubi ... tractavimus: sicut alibi diximus de polio, in agendo $P_1$ *om.* φ / de polio (*Mai*): depoliendo $V_1I$

[1] **Perones** vocamus calciamenta que alio modo culpones vocamus vel crepidas, [2] unde et **peronatus** a um .i. peronibus calciatus, unde Persius peronatus arator; [3] et hec **pera** e eo quod lata sit et sinuosa, [4] unde hec **perula** le .i. parva pera. P xcii

[1] **Privo** vas, [2] inde **privatorius** a um, [3] **privatus** a um, [4] **privatio** nis, [5] hic **privignus** ni eo quod a matre privatur, [6] et hec **privera** re .i. domina a viro privata, et componitur a tribus partibus a privo et a viro et ab hera .i. domina. [7] Privo componitur **deprivo** as. P xciii

[1] **Pagus** gi .i. patria, [2] inde hic **paganus** ni, [3] unde hec **paganitas** tis, [4] et hoc **paganismum** mi .i. lex et ritus paganorum, [5] et **paganizo** as .i. ritum paganorum colere. [6] Paganus componitur **semipaganus** .i. nec ex toto facetus nec ex toto rusticus, unde Persius ego semipaganus ad sacra vatum carmen affero nostrum. P xciv

[1] **Picea** cee .i. quedam arbor unde pix efficitur, [2] unde hec **pix** picis, [3] unde **piceus** a um .i. niger, unde Statius piceo nox obvia nimbo; [4] et **pico** as .i. pice aliquid linire, [5] unde **picator**, [6] **picatus**, [7] **picatio**. [8] Et sciendum quod pix dicitur aliter hec **pissa** se. [9] Et componitur hec **pissaxera** re .i. pix dura, [10] et hec **pissaygra** gre .i. pix liquida. P xcv

[1] **Prurio** ris prurii vel prurivi .i. molliter effluere quod etiam pro fastidire dicitur, inde verbalia, [2] et hic **pruritus** ui, [3] et hec **prurigo** nis ambo in P xcvi

---

**2** Pers. V 102 P xcii

**6** Pers. *prol.* 6-7: ipse semipaganus | ad sacra uatum carmen adfero nostrum P xciv

**3** Stat. *Theb.* I 97 P xcv

---

**1** Perones *et s.l.* pluraliter hii H / alio modo *om.* $P_1$ / crepidas ⟨vel bocas⟩ H **3** e ⟨.i. screppa⟩ H / sinuosa ⟨sicut perones, unde in libro regum I [17,101] tulit lapide de torrente et misit eos in peram pastoralem⟩ H **4** .i. parva pera: diminutivum $HP_1$ P xcii

**1** vas ⟨verbum activum, inde hic privator ris⟩ H **2-4** *alio ordine* φ **2** um ⟨et hec privatrix cis⟩ H **4** *nis* ⟨*privator*⟩ *φ* **6** privera: primera π / a viro: auro I / a tribus partibus *om.* $P_1$ / et a viro: viro $M_1A$ auro I *om.* $P_1$ / ab *om.* $M_1AP_1$ **7** as ⟨unde verbalia⟩ $HP_1$ P xciii

**1** patria: villa H ⟨vel villa⟩ $P_1$ **3** unde ⟨paganista, et⟩ $M_1$ / paganitas tis: paganista $AP_1$ **6** nec ex toto facetus ⟨vel civis⟩ $P_1$ *om.* $V_1I$ / ex toto: omnino $M_1A$ / rusticus ⟨vel villanus⟩ $P_1$ / ego: ipse φ P xciv

**3** piceo: picea $P_1$ / nox *om.* I **5-7** picator, picatus, picatio: verbalia φ **5** picator ⟨picatrix⟩ H **7** picatio ⟨et hec pica ce .i. avis cuius dimidia pars est nigra⟩ H **8** pissa se: pixa $M_1A$ **9** pissaxera: pizaxera $V_1$ pixaxera I pixera $M_1A$ pixacera $P_2$ piraxera $P_1$ pixixera *Mai* **10** pissaygra: pixaigra $M_1A$ pixagigra I piragra $P_1$ P xcv

**1** prurivi ⟨neutrum pruritum tu⟩ $P_1$ / etiam: et π P xcvi

uno sensu, [4] et inde **pruriginosus** a um .i. scabiosus, [5] et **pruridus** a um .i. pruritu et sanie plenus. [6] Item a prurio, secundum Ysidorum, hec **lepra** per compositionem quia let .i. delet pruriginem .i. scabiem per hoc quod foras emittitur.

P xcvii [1] **Pergo** is perrexi perrectum tu verbum neutrum. Alii dicunt quod pergo componitur ex pede et rego et dicitur pergo quasi pedem rego, [2] et inde hic **pergus** gi .i. tabula vel alea quia per illam tessere pergunt, [3] et hoc **pergulum** h .i. parvum tugurium, [4] et hoc **Pergamum** mi, [5] vel ut alii volunt pluraliter **Pergama** orum .i. muri Troie quia tam lati erant ut perfacile possent homines desuper pergere.

**723** Preductale: Preductile $M_1P_2$ / infantes: pueri H **724** Prelimia: Praelimio *Mai* / proemium ⟨prefatio⟩ H **725** Prerogator: Prorogator I **726** *om.* $P_2P_1$ / apud: que pertinent ad $M_1$ **727-728** *mutato ordine* H **727** *om.* $P_2$ / Pretextatus ... paratus: Pretexatus .i. illa veste ornatus vel genus officii I **728-729** *om.* I **728-730** *alio ordine* $P_2$ **729** puerorum ⟨nobilium⟩ $P_2$ / ornatus: indutus $P_2$ **730** *om.* $P_1$ / Profligare: Profligari I / cruciari: cruciare $P_2$ **732** *om.* H / penu ⟨penum, penus⟩ $P_2$ **733** *om.* $HP_2$ **735** *om.* $P_2$ **736** Popodes: Popedes $P_1$ / et in pedibus equini *om.* $P_2$ / equini: equinis I equina $HP_1$ **737** avis: navis I / que ⟨Anglice⟩ H **738** *om.* $P_2$ **739** die ⟨pridie in priori die⟩ H **740** *om.* $HP_2$ **742** *om.* $P_2$ / antecellens *om.* $P_1$ **743** Preopimus *om.* $P_1$ **744** *post* 746 $P_2$ **745** *om.* $P_2$ / Prepinguis ⟨perpinguis⟩ H / crassus: pinguis HI **746** Presagimen: Prosaginem $V_1$ **747** auxiliari ⟨adiuvare⟩ H **748** presidiatus *om.* $P_2$ / auxiliatus ⟨adiuvatus⟩ H **751** *om.* $P_2$ / ⟨Preamita⟩ Proamita I **752** *om.* $P_2$

484 M.

753 Profanaticus, profanus, infestus, infandus, execratus.
754 Propudiosus, ignominiosus, iniuriosus.
755 Propudiose, turpiter, iniurose.
756 Pugillones, pugillatores, cum pugione .i. cum gladio pugnantes.

---

**753** execratus: execrandus I *om.* $V_1$ **754** Propudiosus: Prodigious *Mai* / iniuriosus *et s.l.* vel turpis H **755** turpiter ⟨ignominiose⟩ H / iniurose. ⟨Propolarius, venditor, institor, mango, negotiator, mercator⟩ H **756** ⟨pugiles⟩ pugillatores H

Explicit tractatus secundus de littera XVma que est -P- H

# Q

*485 / 486 M.*

[1] Secundo de XV littera exposito tractatu, in compendiosum mater Grammatica, super XVI littera que est -Q- tractatura, prologum erupit. [2] "Vereor, inquit, o filioli, Latialis studii sectatores, ne Lanu*v*ini nostri, graviter nunc in nos insurgentes, acrius solito quasi adcepta materia, deseviant, quia rarissime in hoc tractatu partes et satis numerabiles sunt proferende. [3] Sed volo advertant nequaquam hoc ex doctoris ignorantia, sed ex ipsa potius Latinitatis contigisse natura, que nullatenus ita in solito loquendi cursu hanc litteram frequentat, sicut et ceteras sentimus et videmus: [4] tum quia plus aliis cum quadam difficultate, spiritu scilicet, ut ait Martianus, paululum impellente appulsu palati et ore restricto profertur, tum quia usualis eiusdem littere cursus in Latinitate minime habetur. [5] Facessant igitur emuli nostri et obmutescant; inde etiam, si tamen invidis hoc est possibile, grates referant quia, cum paucissime in hac littera partes contineantur, expresse tamen et pure, quecumque ille sunt, a nobis depromentur".

[1] **Quatuor** nomen indeclinabile et omnis generis, [2] inde **quater** adver- Q i
bium, [3] et **quaternus** a um, [4] et **quaternarius** a um, [5] et hic **quaternio** nis, [6] unde hic **quaterniunculus** li diminutivum. Et sciendum quod quaternio dicitur aliquando pro aliquo homine qui quatuor milites habet sub se, sicut et centurio qui habet centum, unde in actibus apostolorum dicitur quod Herodes apprehendit Petrum tradens eum quatuor quaternioni-

---

**4** Mart. Cap. III 261

**6** *act.* XII 4: tradens quatuor quaternionibus militum custodire (ad custodiendum *var.l.*) eum Q i

---

*prologum om.* $M_1$

Incipit prologus in tractatum primum de littera XVI que dicitur -Q- H Prologus sextae decimae litterae *Mai*

**1** in *om.* $P_1$ / littera: litteram *Mai om.* H **2** ne Lanuvini *scripsi, coll. Macr. Sat. I 3,13*: ne lanuini Hφ ne lamuli $V_1$ vel emuli I ne emuli $P_1$ *Mai* / in nos insurgentes: insurgentes in nos $P_1$ / numerabiles (*Mai*): innumerabiles $V_1$ mirabiles I **3** volo: nolo $P_1$ / Latinitatis contigisse natura: Latinitatis natura contigisse I contigisse Latinitatis natura $P_1$ **4** cum *om.* $P_1$ / scilicet *om.* I / impellente: propelente I / appulsu: pulsu $P_1$ / restricto: stricto $P_1$ / eiusdem: eius $P_2$ / littere cursus: cursus littere $V_1$ **5** Facessant: Facescant $P_1$ Fascescant I Fatiscant A / partes contineantur: contineantur partes I / ille: illi I

Explicit prologus H

Incipit tractatus primus super litteram XVI que est -Q- H

**3** *in marg.* $M_1$ *om.* A **6** quaterniunculus: quaternunculus $V_1$ / aliquo *om.* $P_1$ / sicut ... cen- Q i
tum *om.* $P_1$ / quod *om.* $M_1$A / Petrum ⟨et misit in carcerem⟩ $P_1$ / tradens *in marg.* $M_1$ *om.* A / eum *om.* $M_1$A$P_1$ /

bus militum custodiendum. [7] Item a quatuor **quartus** a um, [8] unde **quartanus** a um, [9] et hoc **quartarium** rii pro quadam mensura, [10] et hoc **quartallum** li .i. quoddam vas capiens quartam partem sextarii, unde Plautus in Gurgulione modicum sitit, capit quartallum. [11] Item a quatuor **quadrus** a um .i. in quatuor partes effectus, [12] et inde **quadro** as verbum activum, [13] unde verbalia **quadratus**, [14] **quadratio**, [15] **quadratura** e, [16] et hec **quadra** e .i. quarta pars panis, unde Iuvenalis ut bona summa putes aliena vivere quadra; [17] et hic **quadrans** antis .i. quarta pars nummi, [18] unde hoc **quadrantal** lis .i. quoddam vile vas unius quadrantis pretii. [19] Quadrus componitur **quadrifidus** a um .i. in quatuor partes divisus, [20] unde **quadrifide** adverbium, [21] et hic **quadrupes** dis .i. equus, [22] et **quadriiugus** a um .i. cum quatuor iugatus, [23] et **quadrimus** a um .i. quatuor annorum, unde Plautus in aularia alium quadrimum fugiens servus vendidit. [24] Item quadrus componitur hec **quadriga** ge .i. carruca a quatuor equis agitata, [25] et inde hic **quadrigarius** rii qui quadrigam ducit, [26] et hic et hec et hoc **quadruplex** plicis .i. in quatuor partes plicatus, unde Plautus in Gurgulione pecuniam quadruplicem abs te auferam; [27] et inde **quadrupliciter** adverbium, [28] et hec **quadruplicitas** tis, [29] et **quadruplico** as, unde verbalia. [30] Item quadrus componitur **quadraginta** nomen indeclinabile, [31] unde **quadragies** adverbium, [32] et **quadragenus** a um, [33] et **quadragenarius** a um ambo in uno sensu. [34] Componitur etiam **quadringenti** .i. quater centum et pluralem tantum habent numerum, [35] unde **quadringentesimus** a um, [36] hinc etiam dicimus per compositionem **quadrimodus** a um, [37] et hic et hec **quadriformis** et hoc quadriforme, [38] et ab istis adverbia **quadrimode**, [39] et **quadriformiter**. [40] Quatuor componitur **quatuordecim**.

Q ii [1] **Quinque** nomen indeclinabile, [2] inde **quintus** a um, [3] et **quinquies** adverbium. [4] et **quinus** a um, [5] unde **quinarius** a um, [6] et **quinquaginta** inde-

---

**10** Plaut. *Curc.* 110: Quantillum sitit? Modicast, capit quadrantal **16** Iuv. V 2 **23** Plaut. *capt. arg.* 2 **26** Plaut. *Curc.* 619: pecuniam quadruplicem abs te et lenone auferam

---

⟨ad⟩ custodiendum $V_1$ **8** post 10 $P_1$ **9** pro *om.* $P_1$ **10** in Gurgulione *om.* $P_1$ / capit quartallum: quartallum capit $P_1$ **11** in *om.* $V_1$ I **13-14** *om.* $M_1$A **16-17** panis ... pars *om.* $V_1$ **17** nummi ⟨vel cuiuslibet rei⟩ H **18** quoddam *om.* $P_2$ / quadrantis: quadrantalis $P_2$ **21** equus: quodlibet animal quatuor habens pedes ⟨et quadrupedius a um⟩ H **22** .i. ... iugatus ⟨unde currus⟩ $P_1$ *om.* I **23** .i. quatuor annorum *s.l.* $M_1$ *om.* A$P_2$ / aularia: aurelia φ *om.* $P_1$ / fugiens: faciens $V_1$ **24** agitata: tracta $P_1$ **25** ⟨quadrarius vel⟩ quadrigarius $P_1$ **26** in Gurgulione *om.* $P_1$ / auferam: afferam π **30** componitur ⟨quadruplus a um⟩ H / nomen indeclinabile *om.* $P_1$ **31** adverbium ⟨.i. per quadraginta vices⟩ H **33** ambo in uno sensu *om.* $P_1$ **34** etiam ⟨pluraliter⟩ H / et ... numerum *om.* H / tantum *om.* $V_1$ **35** um ⟨et a quadraginta quadragesimus a um⟩ H **40** quatuordecim ⟨unde quartusdecimus a um, et quaterdecies adverbium, et hic quaterdenarius ii⟩ H

Q ii **1** indeclinabile ⟨omnis generis⟩ $P_1$ **3** *s.l.* H **6-8** *ad* 13 *ante* sicut $P_1$

*487 / 488 M.*

clinabile, [7] unde **quinquagenus** a um, [8] et **quinquagenarius** a um, [9] et **quinquagies** adverbium. [10] Quinque componitur **quingenti** .i. quinquies centum et pluralem tantum habent numerum, [11] et hic et hec **quinquennis** et hoc quinquenne, [12] unde hoc **quinquennium** nii, [13] et **quinquimus** a um .i. quinque annorum, sicut ut dicimus bimus duorum annorum et trimus trium annorum et quadrimus quatuor annorum, ita etiam dicendum est quinquimus .i. quinque annorum. [14] Item quinque componitur **quindecim**, [15] unde **quindecies** adverbium, [16] et **quindenus** a um, [17] et **quindecimus** a um. [18] Componitur etiam hic **quinquatris** is .i. quinque atri dies, unde Horatius in epistolis an potius puer ut festis quinquatribus; [19] et inde hoc **quinquatrium** trii .i. festivitas illorum dierum.

[1] **Quero** is quesivi quesitum tu verbum activum, [2] inde hic **quesitor** oris, [3] unde hic **questor** oris .i. quesitor qui in loco iudicis exquirit de causis, et dicitur questor per sincopam .i. per subtractionem medie littere que est i, [4] et inde **questorius** a um sicut dicimus officium questorium quod pertinet ad questorem, [5] et **quesitus** a um, [6] et hec **quesitio** nis, [7] et hic **questus** ui .i. adquisitio alicuius rei. [8] Item a quero **querito** as .i. sepe querere verbum frequentativum, [9] et hec **quirina** ne .i. hasta que ab adversariis in bello adquirebatur, [10] et inde hic **quiris** tis in singulari et quirites in plurali .i. milites qui hastas secum deferebant, [11] et hic **Quirinus** ni .i. Romulus quod hastatus semper incedebat, unde Ovidius tristium diique relinquendi quos urbs habet alta Quirini. [12] Quero componitur **inquiro** is, [13] **requiro** is, [14] **perquiro** is, [15] **exquiro** is, et ab istis verbalia. Q iii

---

**18** Hor. *epist.* II 2,197 Q ii

**11** Ov. *trist.* I 3,33 Q iii

---

**7** um ⟨et quinquagesimus⟩ $P_1$ **8** um ⟨quinquagesimus a um⟩ H **9** adverbium ⟨.i. quinquaginta vicibus⟩ H **10** componitur ⟨pluraliter⟩ H / centum ⟨unde quingentesimus a um⟩ H / et ... numerum: pluraliter tantum declinatur $P_1$ *om.* H **13** quinquimus: quinquennus $M_1$A / ⟨et quadrimus quatuor annorum⟩ sicut I / sicut ... quinque annorum *om.* φ$P_1$ / .i. quinque annorum *om.* I **16** um ⟨et quindenarius a um, et quintusdecimus a um⟩ H **17** *om.* $P_1$ / quindecimus: quintusdecimus $M_1$A / um ⟨et quintusdecimus a um quod idem est⟩ $P_2$ **18** quinquatris: quinquatrix $P_1$ / in epistolis *om.* φ$P_1$ / an: at I / ut: in φ$P_1$ *om. Mai* **19** .i. festivitas illorum dierum *om.* $P_1$ / illorum (*Mai*): illarum $V_1$H Q ii

**3** .i. quesitor ⟨per sincopam i⟩ H *om.* $P_1$ / exquirit: querit I / et ... est i: et est sincopatum $P_1$ *om.* H / subtractionem: subtractationem *Mai* **4** questorium: questorum $V_1$I / questorem: questionem φ **7** adquisitio alicuius rei: idem. ⟨Item a quero per sincopam ab eo quod est quesitio questio onis, a quo questionalis e, et questionarius a um, et questionor aris⟩ $P_1$ **9** *om.* $P_2$ / adquirebatur: adquiretur I **10** singulari ⟨numero⟩ $P_1$ / hastas secum deferebant: hastati incedebant ut quondam Romani $P_1$ **11** tristium *om.* $P_1$ / urbs habet: habet urbs $P_2$ / Quirini ⟨Romuli⟩ $P_1$ **12-15** *alio ordine* I $P_1$ **12-14** *om.* H **13** *s.l.* $M_1$ / is ⟨conquiro, adquiro⟩ $P_1$ **14** is ⟨adquiro, disquiro⟩ $M_1$A **15** *post* 12 φ / is ⟨adquiro ris, conquiro ris⟩ H / verbalia. ⟨Item a quero queso verbum defectivum et non habet amplius nisi queso et quesumus⟩ H ⟨a quero queso quesumus verbum defectivum, a quibus verbalia⟩ $P_1$ Q iii

Q iv [1] **Queror** eris questus sum tum tu verbum deponens, [2] inde **questus** a um, [3] et hec **questio** nis, [4] unde hec **questiuncula** le diminutivum, [5] et hic **questionarius** rii qui questionem de reis ante iudicem promovebat, [6] et hic **questus** ui, [7] unde **questuosus** a um, [8] et **questuose** adverbium. [9] Item a queror **querulus** a um, [10] unde hec **querela** le, [11] et **querulosus** a um, [12] unde **querulose** adverbium, [13] et hec **querimonia** e, [14] unde **querimoniosus** a um, [15] et **querimoniose** adverbium. [16] Queror componitur **conqueror** eris, inde verbalia.

Q v [1] **Quantus** a um, [2] inde **quantulus** a um, [3] et **quantillus** a um ambo diminutiva, [4] et hec **quantitas** tis, [5] et **quantitativus** a um. [6] Item ab hoc nomine quod est quantus **quantum** adverbium, [7] quod componitur **aliquantum**, [8] et **quanto** similiter adverbium ut cum dicimus "veni quanto citius poteris", [9] et componitur **aliquanto** ut cum dicimus "aliquanto tardius venit". [10] Item ab hoc nomine quod est quantus **quantis** adverbium, [11] et componitur **quantisper** .i. quantum ut cum dicimus "quantisper valet res ista?" et respondendum est "tantisper valet" .i. tantum vel obolum vel denarium. [12] Et componitur **aliquantisper** .i. aliquantulum. [13] Hinc etiam dicitur **quam** adverbium .i. valde, quod in compositionibus frequenter invenitur, [14] dicimus namque **quambonus** .i. valde bonus, [15] **quantocius** .i. valde cito, [16] **quampulcher** .i. valde pulcher, [17] **quamgravis** .i. valde gravis et sic in singulis partibus ubi sensum augmentare volueris. [18] Quantus componitur **aliquantus**.

Q vi [1] **Quiesco** cis quievi tum tu verbum neutrum, [2] inde **quietus** a um .i. quiete plenus, [3] et componitur **inquietus** .i. sine quiete, [4] et inde **inquieto** as verbum activum, [5] inde **inquietatus**, [6] **inquietatio**, [7] et pluraliter hi et he **inquietes** tum .i. sine quiete, unde Macrobius de Saturnalibus q u a n d a m v i l l a m C e s a r i n q u i e t e s n o c t e s a g e b a t. [8] Item a quiesco hec **quies** tis, [9] et componitur **requies**. [10] Similiter et quiesco componitur **requiesco**

---

7 Macr. *Sat.* II 4, 26: in quadam villa inquietas noctes agebat

---

Q iv **1-12** *post* Q ix 34 H **6** ui ⟨.i. querela⟩ H **7** *om. Mai* / um ⟨.i. questu plenus⟩ H **9-12** *om.* I **13** *om.* H **14-15** *om.* H$P_1$ **16** *post* Q iii 11 A *om.* H

Q v **3** ambo diminutiva: idem $P_1$ **5** quantitativus: quantitus $P_1$ quantitanus $P_2$ **7** *om.* I **8-9** veni ... dicimus *om.* I **8** similiter *om.* $P_1$ / quanto citius: quantocius φ$P_1$ / poteris *om.* $M_1$ **11** .i. ... quantisper *om.* $V_1$ / ut cum: sicut $P_1$ / valet *om.* I / .i. tantum *om.* $M_1$A / denarium: nummum I $P_1$ **13** frequenter: sepe I **14** bonus *om.* $P_1$ **16** .i. valde pulcher *om.* $P_1$ *Mai* **17** .i. valde gravis *om.* $V_1$I$P_1$ / ubi: ubicumque $P_1$ **18** aliquantus ⟨et quantum, quantumcumque vel cumque est abiectio sillabica ⟩ $P_1$

Q vi **6** inquietatio ⟨et hec inquies tis⟩ $P_1$ **7** de Saturnalibus *om.* $P_1$ / quandam villam: quadam villa π / Cesar *om.* H **10** requiesco cis *om.* I

cis, [11] et **adquiesco** cis, [12] et **requietus**, [13] et componitur **irrequietus**, [14] et **adquietus**, unde Ambrosius super Egisippum rupturos imperium minitabantur ne adquietum foret.

[1] **Qualis** et hoc quale, [2] inde **qualiter** adverbium, [3] et hec **qualitas** tis, [4] et **qualitativus** a um, [5] et hic **qualus** li .i. vas quoddam ad uvas colligendum aptatum, [6] cuius diminutivum teste Prisciano facit hic **quaxillus** li, unde et dicit quod sicut dicimus a palo paxillus et a talo taxillus ita et a qualo quaxillus. [7] Qualis componitur **equalis** quod comparatur equalior equalissimus, [8] unde **equaliter** equalius equalissime adverbia, [9] et hec **equalitas** tis, [10] et **equo** as verbum activum, [11] inde **equatus**, [12] **equatio**, [13] **equabilis**, [14] et hoc **equamen** nis, [15] et secundum quosdam **equus** a um quod comparatur equior equissimus, [16] unde **eque** equius equissime adverbia, [17] et hec **equitas** tis. [18] Equus componitur **iniquus** quod comparatur iniquior iniquissimus, [19] unde **inique** iniquius iniquissime adverbia, [20] et hec **iniquitas** is. [21] Equo componitur **coequo** as, [22] et **exequo** as, [23] et **adequo** as, et ab istis verbalia. [24] Similiter et equalis componitur **coequalis**, [25] unde **coequaliter**, [26] et **coequalitas**. [27] Componitur etiam **inequalis**, [28] unde **inequaliter** adverbium, [29] et hec **inequalitas**. Q vii

[1] **Quatio** tis quatii quassum su verbum activum, [2] inde **quassus** a um, [3] et **quassim** adverbium, [4] et **quasso** as, [5] inde **quassatus**, [6] **quassatio**, [7] **quassabilis**, [8] vel **quassatilis**, [9] et **quassabundus** a um .i. facilis ad quassandum, [10] et ab istis adverbia **quassabiliter**, [11] vel **quassatiliter**, [12] et **quassabunde**. [13] Et **quassito** as .i. sepe quatere. [14] Quasso componitur **conquasso** as, et inde verbalia. [15] Quatio componitur **excutio** is, [16] **concu-** Q viii

---

14 Ambrosius = Heges. I 40,13 Q vi

6 *cf.* Prisc. *G.L.K.* II 115,12; 110,4 *H.* Q vii

---

**11** cis ⟨.i. assentire et ab istis verbalia⟩ H ⟨quod ponitur pro obedire ut ibi [*gen.* XXVII 8] adquiesce consiliis suis⟩$P_1$ **13-14** *mutato ordine* H **13** ⟨Item a quietus quiete adverbium⟩ quod componitur irrequietus ⟨.i. non repausatus⟩ H **14** et adquietus *om.* $P_1$ / rupturos: rupturas $P_1$ ruptores I / minitabantur: imitabantur I / ne: nisi $P_2$ ubi $V_1$ / adquietum: irrequietum $P_1$ / foret ⟨porro quod quidam dicunt adquieto as verbum curiale sed non scolare, et omnia ab eo venientia sicut adquietantia et cetera huiusmodi, et verbum simplex quieto as, et inde venientia .i. quietantia vel quitantia ceteraque similia omnia, inquam hec de curia sunt non de scola⟩ H

**5** aptatum: aptum $IP_1$ paratum $M_1A$ **6** cuius: unde quaxillus $P_1$ / facit ... quod *om.* $P_1$ / sicut dicimus: dicente sicut $P_1$ **7** componitur ⟨qualiscumque et⟩ $P_1$ **15** secundum quosdam *om.* $P_1$ **18** componitur ⟨coequus⟩ $P_1$ / iniquior iniquissimus *om.* φ **19** inique iniquius iniquissime *om.* φ **29** inequalitas ⟨quercus us ui, a quo querceus a um, et quercetum i⟩ $P_1$ Q vii

**1** quatii ⟨secundum quosdam mutuat preteritum sui compositi concussi⟩ $P_1$ **2** um ⟨et hec quassura e⟩ H **4** et ⟨a supino quassu u mutata in o fit⟩ H / as ⟨frequentativum⟩ $P_1$ **11** vel quassatiliter: et quassaliter *Mai* **13** .i. sepe quatere: frequentativum $P_1$ **14** et inde verbalia *om.* $P_1$ **15-20** *alio ordine* $P_1$ Q viii

*490 / 491 M.*

**tio** is, [17] **discutio** is, [18] **incutio** is, [19] **percutio** is, [20] **decutio** is, [21] **circumcutio** is, et ab omnibus istis verbalia.

Q ix [1] **Quis** vel qui nomen, [2] inde **quo** adverbium .i. ad quem locum, [3] et componitur **aliquo** .i. ad aliquem locum, [4] et **quocumque** .i. ad quemcumque locum, [5] et **quorsum** .i. ad quem locum, [6] quod componitur **aliquorsum** .i. ad aliquem locum, [7] et **quorsumcumque** .i. ad quemcumque locum. [8] Item ab hoc nomine quod est quis **quia,** [9] **quoniam,** [10] et **quoniamquidem** omnia in uno sensu, [11] et **quando,** [12] quod componitur **aliquando,** [13] et **quandocumque.** [14] Item inde venit **quare,** [15] et **quomodo,** [16] quod componitur **quomodocumque** .i. qualicumque modo, [17] et **qui** adverbium .i. quomodo, Horatius qui fit Mecenas; dicitur et pro certe, [18] et **quotiens,** [19] quod componitur **aliquotiens,** [20] et **quotienscumque.** [21] Et a genitivo cuius dicitur hic et hec **cuias** tis gentile nomen ut cum dicimus "cuias es tu ?" .i. de qua gente et respondendum est "nostras" .i. de nostra gente, [22] et inde **cuius** a um, unde Virgilius in bucolicis dic mihi Dameta, cuium pecus, an Melibei? [23] Item inde venit per compositionem **quaquaversum** .i. circumcirca, passim, ubique, [24] et **circumquaque** in eodem sensu, [25] et **quocirca** .i. quare, [26] et **quamvis,** [27] et **quemadmodum** .i. sicut. [28] Quis componitur **quisquam,** [29] **quispiam,** [30] **quilibet,** [31] **quicumque,** [32] **aliquis,** [33] **quisnam,** [34] **quisquis.**

Q x [1] **Queo** quis quivi verbum neutrum et caret supinis, [2] et componitur **nequeo** is, [3] unde hic et hec et hoc **nequam** indeclinabile quod comparatur nequior nequissimus, [4] unde **nequiter** nequius nequissime, [5] et hec **nequi-**

---

**17** Hor. *serm.* I 1,1 **22** Verg. *buc.* III 1

---

**19** *post* 15 φ **20** decutio (*Mai*): deicio $V_1$ **21** circumcutio *om.* H

Q ix **1** nomen: pronomen $V_1$ I **3** *om.* I **5-6** *om.* I **6-7** ad ... .i. *om.* $P_1$ **9** quoniam: quam *Mai* ⟨quod componitur⟩ $P_1$ **10** quoniamquidem: quamquid *Mai* ⟨et quando quod componitur quandoquidem⟩ $P_1$ / omnia: omnes π $P_2$ **13** quandocumque: quandoquidem (quandocumque *s.l.* $M_1$) φ / Inde venit quot nomen indeclinabile, inde quotus a um, et quotiens sic supra *in marg.* $M_1$ **17** Mecenas ⟨et cetera⟩ $P_1$ **19** aliquotiens ⟨.i. aliquando⟩ H **20** quotienscumque ⟨.i. quandocumque⟩ H **21** ut ... qua gente: et interrogatum ad quod $P_1$ / et respondendum est: respondetur $P_1$ / nostras ⟨vel vestras⟩ $P_1$ / .i. de nostra gente *om.* $P_1$ / gente ⟨vel vestras .i. de vestra gente⟩ $V_1$ *om.* $P_2$ **22** in bucolicis *om.* $P_1$ / dic mihi Dameta *om.* $P_1$ **23** quaquaversum ⟨quaquaversim⟩ $P_1$ / circumcirca *om.* $P_1$ / ubique *om.* $P_1$ **28-34** *alio ordine* H **28** componitur ⟨siquis⟩ H **30-34** *alio ordine* $P_1$ **30** quilibet: quislibet $V_1$H **31** quicumque: quiscumque $V_1$H **33-34** *mutato ordine* φ **33** *om.* $P_1$

Q x **3** indeclinabile: omnis generis $P_1$

**tia** e, 6 unde hec **nequitiola** e diminutivum, 7 et **nequaquam** .i. non adverbium.

1 Quartarium, quedam mensura.
2 Quartanus, quartus.
3 Quartallum, vas quartam partem sextarii continens.
4 Quadrantal, quoddam vile vas.
5 Quadrifidus, in quatuor divisus.
6 Quadrimus, quatuor annorum.
7 Quadriiugus, cum quatuor iugatus.
8 Quaterniunculus, parvus quaternio.
9 Quadruplex, in quatuor partes plicatus.
10 Quadruplicare, in quatuor partes dividere.
11 Quadrus, quadruplicatus.
12 Quadra, quarta pars panis. Iuvenalis aliena vivere quadra.
13 Quadringenti, quater centum.
14 Quadragenus, quadragenarius, quadraginta annos habens.
15 Quaterniones, quatuor milites sub se habentes.
16 Quadruplator, senex vel contractus qui duobus pedibus et duobus baculis sustentatus per plateas incedit, quod in Sidonio reperies.
17 Quinarius, quinus, quintus.
18 Quinquagenus, quinquagenarius.
19 Quinquagies, quinquaginta vicibus.

---

**12** Iuv. V 2 **16** *cf.* Sidon. *epist.* V 7,3

---

**7** adverbium. ⟨Quidam vero dicunt quod nequam componitur a ne .i. non, et quis, et dicitur nequam quasi non quis .i. nullus, qui, quia nequam esse, pro nullo reputabitur. Velut diximus, dicitur a nequeo, quia converti de malo ad bonum nequit. Explicit tractatus primus de -Q- littera⟩ H

Quot est nomen indeclinabile et omnis generis, a quo quotus a um, et quotiens, quod componitur quotienscumque, et aliquotiens adverbia. Componitur quot aliquot et quotquot. Quadruplicare in quatuor partes plicare. Quadragenarius XL habens annos vel dies. Quadruplator senex vel contractus qui duobus pedibus et duobus baculis sustentatur. Quindenus quindecimus, et quinquagies L vicibus. Et questorius qui agit causam questoris. Et querelari conqueri. Et questionarius carnifex apparitor. Et questuarius qui questu vivit sicut mercator. Questuosus questibus plenus vel lucrosus. Et quamvenustus .i. valde venustus. Et quisquilie quasi quicquidcadie .i. quicquid superfluitatis cadit ex arbore vel ex maceria. Et quietus quiete plenus *post* Q x *add.* $P_1$

Incipit secundus de eadem H Repetitiones -Q- *Mai*

**1-53** (*praeter* 43 $M_1$) *om.* $M_1$A **2** quartus *om.* $P_2$ **3** vas ⟨quoddam⟩ H **4** *om.* $P_1$ **5** quatuor ⟨partes⟩ A **8** ⟨Quaternio (sub se habens quatuor milites *add.* A unde *add.* $P_2$)⟩ Quaterniunculus A$P_2$ **9** ⟨divisus vel⟩ plicatus A **10-11** *mutato ordine* $P_1$ *om.* A **10** dividere: plicare $P_1$ **12-13** *mutato ordine* $P_1$ **13** centum ⟨quingenti quinquies centum⟩ H **14** Quadragenus *om.* $P_1$ / annos ⟨vel dies⟩ $P_1$ **15** Quaterniones: Quaternio H / habentes: habens H **16** duobus pedibus et *om.* I / sustentatus: sustentatur H $P_1$ ⟨et⟩ H / per plateas *om.* I $P_1$ / incedit *om.* $P_1$ / quod ... reperies *om.* $P_1$ (*cf.* Q x 7) **19** vicibus. ⟨Quadragies quadraginta vicibus⟩ H

*492 M.*

20 Quinquennis, quinque annorum.
21 Quinquennium, spatium quinque annorum.
22 Quinquimus, puer quinque annorum.
23 Quindenus, quindecimus.
24 Quinquatris, quinque atri dies. Horatius an potius puer ut festis quinquatribus.
25 Questor, qui inquirit de causis.
26 Questorius, qui agit causam questoris.
27 Quinquatrium, festivitas quinque atrorum dierum.
28 Queritare, sepe querere.
29 Quirina, hasta.
30 Quirites, milites.
31 Querelare, conqueri.
32 Questionarius, carnifex, apparitor.
33 Questuarius, qui questu vivit sicut mercator.
34 Questuosus, questibus plenus vel lucrosus.
35 Querimoniosus, querimonia plenus.
36 Querulosus, querela plenus.
37 Quantillus, quantulus, aliquantus.
38 Quantisper, quantum.
39 Quantocius, valde cito, quod etiam quantociens dicitur.
40 Quamvenustus, valde venustus.
41 Quampulcher, valde pulcher.
42 Quamgravis, valde gravis.
43 Quisquilie quasi quicquidcadie .i. quicquid superfluitatis cadit ex arbore vel ex maceria.
44 Quietus, quiete plenus. Inquietus sine quiete.
45 Qualus, vas ad uvas colligendas.
46 Quaxillus, parvus qualus.
47 Quocirca, quare, cur, quamobrem, utquid, quomodo, qui. Horatius qui fit Mecenas.

---

**24** Hor. *epist.* II 2,197 **47** Hor. *serm.* I 1,1

---

**20** annorum ⟨quinquimus⟩ H **21** *om.* A $P_2$ **22** *om.* $AP_2P_1$ / annorum ⟨quinquennis⟩ H **23** quindecimus: quintusdecimus A ⟨quintusdecimus quindenarius⟩ H **24** Quinquatris: Quinquatrix I / Horatius ... quinquatribus *om. Mai* / ut: in A **25-26** *om.* $P_1$ **26** questoris *om.* I **27** *post* 24 H

*post* 28 *has repetitiones mutato ordine, sc.* 45, 46, 49, 50, 52, *praebet* H

**30-31** *mutato ordine* H **30** milites ⟨hastati⟩ H **31** Querelare: Querelari I $P_1$ **32-33** carnifex ... Questuarius *om.* $P_1$ **32** *post* 53 $P_1$ **33** mercator: questor $P_1$ **34** vel: pro A / lucrosus. ⟨Questus a quero lucrum, a queror querela⟩ H **36** *post* 33 $P_1$ / Querulosus: Querelosus $P_1$ Querulus I *Mai* **37** Quantillus, quantulus: Quantulus, quantillus $P_1$ / aliquantus: aliquantulus I $P_1$ **39** Quantocius: Quantociens $P_1$ / quantociens: quantocius $P_1$ / dicitur *om.* $P_2$ **41** *om.* $AP_2$ **43** quasi: .i. $P_1$ / quicquidcadie: quicquid cadit $HP_1$ / cadit *om.* $P_2$ / maceria: materia Iφ vinacia $P_1$ ⟨aliqua⟩ $HM_1A$ **44** Inquietus sine quiete *om.* $P_1$ **45-46** *post* 28 H **46** *om.* $V_1AP_2$ **47** Quocirca, quare: Quare, quocirca $P_1$ / utquid: inquid $P_2$ *om.* $P_1$ / quomodo qui: qui .i. quomodo $P_1$ / Horatius ... Mecenas *om. Mai*

*492 M.*

48 Quoniamquidem, quoniam, quia.
49 Quotienscumque, quotiens.
50 Quomodocumque, qualicumque modo.
51 Quemadmodum, sicut.
52 Quorsum, ad quem locum.
53 Quaquaversum, passim, ubique.

---

**48-50** *in unum coegit* $V_1$ **48** Quoniamquidem: Quoniamquid *Mai* / quoniam *om.* I / quia *om.* I $AP_2$ **49-50** *post* **46** H **49** quotiens *om.* I **50** Quomodocumque: Quotiescumque $P_1$ *om.* I / modo ⟨quocumque modo⟩ H **52** *post* 50 H / locum ⟨vel ad quem partem⟩ H

Explicit tractatus secundus de -Q- littera H

# R

*493 / 494 M.*

[1] His Grammatica cursim pronuntiatis, ad sequentia intimanda, quasi nihil iam premisisset, se viriliter accinxit et [2] "O, inquit, Latialis locutionis dilectores, primum advertite, de XVII littera, que est -R-, ordiendus est tractatus, que, asserente Martiano, ita impalam profertur ut spiritus lingua crispante corrodatur. [3] Et sicut ad bonos quosque informandos quam divite partium vena redundat, ita et ad invidos retundendos nos armat et roborat, quia tunc invidi potissimum cruciantur cum in hac scientia aliquis, et partium copia et callida dirivandi forma, non mediocriter exuberat".

[1] **Rego** is rexi rectum tu verbum activum, [2] inde hic **rector** oris, [3] **rectrix** cis, [4] **rectus** a um quod comparatur rectior rectissimus, [5] unde **recte** rectius rectissime adverbia, [6] et hec **rectitudo** nis. [7] Item a rego hoc **regimen** nis, [8] et hoc **regimentum** ti. [9] Et a preterito rexi per apocopen, .i. per abscisionem unius littere de fine, hic **rex** gis, [10] unde hic **regulus** li diminutivum, [11] **regius** a um, [12] hic et hec **regalis** et hoc regale, [13] unde **regaliter** adverbium, [14] et hec **regina** e, [15] unde hec **reginula** le diminutivum, [16] et hec **regilla** e .i. vestis regine, unde Plautus in Epico quid erat induta? An regillam induculam, an mendiculam? [17] Item ab hoc nomine quod est rex hoc **regnum** ni, [18] unde **regno** as, [19] et componitur **conregno** R i

---

**5** Mart. Cap. III 261: R spiritum lingua crispante corraditur

**16** Plaut. *Epid.* 223 R i

---

*prologum om.* $M_1$

Incipit prologus in tractatum primum de -R- littera H Proemium XVII littere A Prologus septimae decimae litterae *Mai*

**1** sequentia: sequenda $P_1$ / intimanda: nuntianda I **2** O: Ideo $P_1$ / primum: primus HA / ordiendus: oriundus $IP_1$ ordinendus $P_2$ **3** informandos: confirmandos $AP_2$ / quam: qui $V_1I\varphi$ / vena *om.* I / redundat: redundatur H / et *om.* $IP_1$ / retundendos: retinendos $P_1$ recurrendo I / aliquis *om. Mai*

Explicit prologus H

Incipit tractatus primus de -R- que est littera septima decima H Incipit tractatus A

**5-6** *om.* $\varphi$ **9** preterito: genitivo $V_1$ / rexi *om.* $P_1$ / .i. ... fine *om.* $P_1$ **16** in Epico *om.* $P_1$ / quid erat *om.* $P_1$ / induta *post* mendiculam $V_1IP_1$ **18** as ⟨verbum neutrum⟩ H ⟨verbum activum⟩ $P_1$ ⟨et inde verbalia⟩ $\varphi$ R i

as, et inde verbalia. [20] Et hec **regio** nis dicitur a rege, [21] unde **regionarius** a um .i. de regione existens, [22] et hec **regia** e .i. domus regalis, unde Ovidius metamorphoseos in secundo regia solis erat sublimibus alta columnis; [23] et hec **regiola** le diminutivum. [24] Item a rego hoc **registrum** tri .i. liber quidam ex cuius dictis regitur ecclesia, [25] et hic **remus** mi, [26] unde **remulus**, [27] et hic **remillus** diminutiva, [28] et hic **remex** gis .i. ille qui regit, [29] unde hoc **remigium** gii .i. gubernaculum, [30] et **remigo** as, [31] unde **remigator**, [32] **remigatus**, [33] **remigatio**. [34] Et componitur **adremigo** as .i. ad litus remigare. [35] Remus componitur hec **biremis** is .i. navis bino ordine remigantium ducta, [36] sic etiam dicimus **triremis** is .i. navis trino ordine remigantium agitata, unde Horatius in epistolis nauseat ac locuples quem ducit prima triremis. [37] Dicitur etiam a remo **remulco** as .i. navem ducere ad litus, [38] et inde **remulcator**, [39] et **remulcatus**, [40] et **remulcatio**, [41] et hoc **reuma** tis .i. tempestuosa maris inundatio vel ille fervor aque qui fit ex remorum agitatione, [42] et inde hoc **reumatisma** tis .i. fluxus habundantis aque, unde Macer de viribus herbarum vocalis vene bene reumatismata siccat. [43] Item a rego hec **regula** e, [44] unde hic et hec **regularis** et hoc regulare, [45] unde **regulariter** adverbium. [46] Et componitur **irregularis**, [47] unde **irregulariter** adverbium. [48] Rego componitur **corrigo** is, [49] unde **corrector**, [50] **correctus**, [51] **correctio**, [52] **corrigibilis**, [53] et componitur **incorrigibilis**, [54] **dirigo** gis, [55] unde **directus** a um, [56] et hec **directio** nis, [57] et **directe** adverbium, [58] **porrigo** gis, [59] unde **porrectus** a um, [60] quod componitur **exporrectus**, [61] et **apporrectus** ambo pro porrectus, unde Ovidius metamorphoseos in secundo infantemque vident, apporrectumque draconem. [62] Item a rego componitur **surrigo** is .i. sursum me rego, [63] **arrigo** is, unde Terentius arrige aures, Pamphile; [64] et **arrectus**, [65] et **arrectio**, [66] **erigo** is, [67] unde **erectus**, [68] et **erectio**. [69] Item a rego componitur **surgo** is et dicitur surgo quasi sursum me rego.

---

**22** Ov. *met.* II 1 **36** Hor. *epist.* I 1,93: nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis **42** Macer = Odo Magd. 1075 **61** Ov. *met.* II 561 **63** Ter. *Andr.* 933

---

**19** et inde verbalia *om.* φ **20** dicitur a rege *om.* I$P_1$ **21** .i. ... existens *om.* φ **22** regia: regina A / metamorphoseos *om.* $P_1$ / in secundo *om.* $V_1P_1$ / regia: regina A / sublimibus alta columnis: et cetera $P_1$ *om.* I **24** rego: regno $P_1$ / ex ... ecclesia *om.* I **27** *om.* φ$P_1$ **28** regit ⟨navem⟩ φ **29** .i. gubernaculum *om.* $P_1$ **30** remigo: remigio A **31-34** unde ... as *om.* I **35** remigantium: navigantium $P_1$ **36** sic ... agitata *om.* I / navis *om.* $P_1$ / agitata: ducta φ / in epistolis *om.* $P_1$ / ac: an $V_1$I ut φ / prima: priva H$M_1$ parva $P_2$ *om.* A **37** ducere: deducere π / ad litus *om.* I **38** *om.* I **42** reumatisma: reuma I / fluxus habundantis aque: fluxus superhabundantium humorum $P_1$ fluvius abundans aqua $M_1$A aque fluvius abundans $P_2$ / de viribus herbarum *om.* $P_1$ / vocalis *om.* $P_1$ / reumatismata: reumatisma $P_1$ **45** adverbium ⟨et hec regularitas tis .i. regula⟩ H **46-47** *om.* φ **47** adverbium ⟨et irregularitas⟩ H **52** corrigibilis ⟨et corrigibiliter adverbium⟩ φ **53** componitur ⟨incorrector, incorrectus, incorrectio⟩ H **57** directe ⟨et directim⟩ H / adverbium: adverbia ⟨ambo in uno sensu⟩ H **61** ambo pro porrectus *om.* H$P_1$ / metamorphoseos *om.* φ$P_1$ / in secundo *om.* $P_1$ / vident: videns $P_2$ **62** Item ... componitur *om.* $P_1$ / me rego : me erigo A$P_2$ **63** ⟨o⟩ Pamphile $P_1$ **66** *ad* 48 *post* componitur $P_1$ **66-67** *in marg.* $M_1$ *om.* A **67** *om.* $P_1$ **68** *in marg.* $M_1$ *om.* A$P_1$ **69-72** *post* 62 $P_1$ **69** Item ... componitur *om.* H / Item ... me rego: quod forte per sincopam dicitur surgo $P_1$ / me *om.* $V_1$ / rego ⟨et inde verbalia⟩ π

*495 / 496 M.*

[70] Et componitur **resurgo** is, [71] et inde **resurrectus**, [72] et hec **resurrectio**. [73] Componitur etiam rego **pergo** is et dicitur pergo quasi pedem rego, et inde verbalia, [74] et hic **pergus** gi .i. alea per quam tessare pergunt.

[1] **Ros** roris, [2] inde hic **rosculus** li diminutivum, [3] et **roscidus** a um .i. rore plenus, unde Martianus r o s c i d i s v i d e b a t u r i n u n d a r e f l o r i b u s ; [4] et **rorulentus** a um .i. rore plenus, [5] et **roridus** a um in eodem sensu, [6] et **roro** as, [7] quod componitur **irroro** as, et inde verbalia. [8] Item a rore hec **rosa** e, [9] unde **roseus** a um, [10] et **roseolus** a um, [11] et **rosaceus** a um, [12] et **rosulentus** a um .i. rosa plenus, [13] et hoc **rosarium** rii, [14] et hoc **rosetum** ti .i. locus ubi rose crescunt. R ii

[1] **Ruo** is rui tum tu verbum neutrum, [2] inde hec **ruina** e, [3] unde **ruinosus** a um .i. ruina plenus. [4] Et componitur **diruo** is, [5] unde **dirutor**, [6] **dirutus**, [7] **dirutio**, [8] **subruo**, [9] **subrutus**, [10] **subrutio**, [11] **obruo**, [12] **eruo** is, [13] **erutus**, [14] **erutio**, [15] et hec **eruca** ce, [16] **corruo** is, [17] **irruo** is, [18] **proruo** is. Et sciendum quod omnia composita a ruo habent unum sensum et dicuntur pro cadere, excepto irruo quod pro impetere dicitur. R iii

[1] **Rogo**, as rogavi atum tu verbum activum, [2] inde **rogatus**, [3] **rogatio**, [4] unde **rogatiuncula** diminutivum, [5] et hec **roga** e .i. elemosina quod in vita beati Iohannis eleumonis reperies; [6] et **rogito** as verbum frequentativum. R iv

---

3 Mart. Cap. I 67 R ii

5 *cf.* Anast. Bibl. *vita Ioh.* 5 *PL* 73 col. 344D R iv

---

**70-72** *om.* I **70** componitur ⟨exsurgo⟩ $P_1$ **71** *om.* φ **73** Componitur etiam rego *om.* I / pergo is: perago is *Mai* / dicitur pergo: dicitur perago *Mai* / et inde verbalia *om.* I **74** tessare: tessere $P_1$ *Mai*

R ii - R iii *post* R iv H

**3** roscidis: roridis I (*cf.* 5) / inundare: habundare $V_1$ *om.* I **5** *ad* 3 *post* plenus I / in eodem sensu: idem $P_1$ **8** rore: ros $P_1$ **9** unde ⟨rosula le diminutivum et⟩ H **10** *om.* $P_1$ / roseolus: rosoleus φ **11** *om.* $P_2$ **12** um ⟨omnes in eodem sensu⟩ H / rosa: rosis $P_1$ / plenus ⟨et rose colorem habens⟩ H **13-14** *mutato ordine* I **14** rose *om.* $V_1$ / crescunt ⟨vel rosarium proprie est rubus ille in quo rose crescunt. Ros componitur rosmaris⟩ $P_1$

**4-11** diruo ... obruo *om.* H **8** subruo ⟨unde subrutor⟩ $V_1$I **9-10** *om.* φ **11** *om.* $P_1$ / obruo ⟨unde obruitor, obrutus, obruitio⟩ $V_1$I **12** eruo *et s.l.* eripere H / is ⟨unde erutor⟩ π **13-14** *om.* φ **13** *om.* *Mai* **15** ce ⟨.i. quedam herba que accendit comedentem ad libidinem, unde Ovidius [*rem.* 799] n e c m i n u s e r u c a s a p t u m e s t v i t a r e s a l a c e s ; et dicuntur salaces quia membrum virile faciunt stare et quasi salire vel ab eo quod crescendo in altum saliant. Dicitur etiam eruca vermis holera comedens⟩ H **16** corruo *et s.l.* .i. cadere H **17** is ⟨.i. impetere⟩ H **18** proruo ... irruo *om.* A / is ⟨.i. irruere vel eripere vel labi et ab hiis verbalia⟩ H / Et sciendum ... dicitur *om.* H / sciendum: notandum $P_1$ / habent ... dicuntur pro: in partem habent sensum huius verbi $P_1$ / irruo: uno tantum $V_1$ R iii

**5** quod ... reperies *om.* $P_1$ / eleumonis: eleimonis $M_1$A elemosinarum H$P_2$ *om.* I **6** *post* 4 $P_2P_1$ *in marg.* $M_1$ *om.* A / et ⟨a supino rogatu⟩ $P_1$ / verbum frequentativum ⟨et inde verbalia⟩ H *om.* $P_2$ R iv

*496 M.*

[7] Rogo componitur **derogo** as .i. detrahere, [8] unde **derogator**, [9] **derogatus**, [10] **derogatio**, [11] **arrogo** as superbire, unde Ambrosius super Egisippum non placuit pro vero arrogare; [12] inde hic et hec et hoc **arrogans** tis quod comparatur arrogantior arrogantissimus, [13] unde **arroganter** arrogantius arrogantissime adverbia, [14] et hec **arrogantia** e. [15] Item rogo componitur **irrogo** as inferre sicut dicimus irrogavit mihi contumelias .i. intulit, [16] et **subrogo** as .i. sustituere, unde Augustinus de civitate Dei Lucretius qui in loco Bruti fuerat subrogatus. [17] Item rogo componitur **interrogo** as, [18] unde **interrogatus** a um, [19] et hec **interrogatio** nis, [20] et **corrogo** as .i. invitare, unde Martianus dii corrogati ad convivium multa contulerunt; item in eodem de tertia regione placuit corrogari; [21] et inde **corrogatus**, [22] et **corrogatio**. [23] Item rogo componitur **erogo** as, [24] et **prorogo** as ambo pro distribuere, et ab istis verbalia. [25] Componitur etiam **abrogo** as .i. delere vel destruere, unde Ambrosius super Egisippum nec successorem meruit habere qui abrogaverat successionis solempnitatem. [26] Item rogo componitur **adrogo** as .i. adquirere, unde Horatius in epistolis scire velim cartis pretium quotus adroget annus.

R v [1] **Rumpo** is rupi ruptum tu verbum activum, [2] inde **ruptus** a um, [3] et hec **ruptio** nis, [4] et **ruptim** adverbium, [5] et hec **rupes** is per antifrasin quia difficile rumpitur, [6] unde hec **rupecula** le diminutivum, [7] et hoc **rumentum** ti .i. abruptio quasi rupimentum, [8] et **ruptito** as .i. frequenter rumpere.

---

**11** *cf.* Ambrosius = Heges. IV 7,11 **16** Aug. *civ.* III 16: Lucretius quoque, qui in locum Bruti fuerat subrogatus **20** Mart. Cap. I 7: dii ad convivium corrogati multa contulerant Mart. Cap. I 47: de tertia regione unum placuit corrogari **25** Ambrosius = Heges. II 13,1: nec successorem habere meruit, qui abrogaverat legitimae successionis solemnitatem **26** Hor. *epist.* II 1,35

---

**8** derogator ⟨derogatrix⟩ H **11** Ambrosius ... arrogare *om.* $P_1$ **12** tis ⟨a superbia elatus⟩ H / arrogantior arrogantissimus *om.* $M_1$A **13** arroganter arrogantius arrogantissime *om.* φ **14** e ⟨.i. superbia iactantia⟩ H **15** mihi ⟨penas⟩ $V_1$ **16** unde ⟨subrogatus, subrogatio, subrogator⟩ $P_1$ / Augustinus ... subrogatus *om.* $P_1$ / Lucretius *om.* $V_1$ **17** as ⟨.i. querere⟩ H **19** *om.* $P_2$ **20** as ⟨congregare⟩ $P_1$ / contulerunt ⟨.i. invitati⟩ $P_1$ / item ... corrogari *om.* $P_1$ / regione: rogatione $V_1$ *post* corrogari φ **22** corrogatio ⟨arrogo⟩ A **23** as ⟨.i. distribuere⟩ $P_1$ **24** prorogo: derogo I / ambo pro distribuere: .i. differre $P_1$ **25** super Egisippum *om.* $P_1$ / successorem: successionem φ / abrogaverat: abrogavit $P_1$ / solempnitatem. ⟨Quorum verborum compositorum significationes quedam satis idonee sub his tribus versiculis breviter comprehendunt [Eberh. Bethun. *Graec.* XV 81-83] Si rogat addideris con congregat, e dat, in infert, | de minuit, sub substituit, pro protrahit, inter | querit, pre prefert, ab destruit, adque superbit⟩ $M_1$A **26** *post* 14 $M_1$A / Item ... .i.: Dicitur tamen aliquando pro $M_1$A / in epistolis *om.* $P_1$ / annus ⟨prerogo as excello, unde hec prerogativa excellentia, et prerogativus a um. Si rogat addideris con congregat, e dat, in infert, pre superat, sub substituit, pro protrahit, inter querit, de minuit, ab destruit adque superbit⟩ $P_1$

R v **2** inde ⟨hic ruptor ris, et hec ruptrix cis⟩ H / um ⟨et hec ruptura⟩ $P_1$ **5** antifrasin ⟨.i. per contrarium⟩ π **7** rumentum: rupmentum φ$P_1$ / rupimentum: rumpimentum $M_1$A **8** ruptito: rumpito φ / frequenter: frequentativum $P_1$ sepe π / rumpere: disrumpere $V_1$ dirumpere I ⟨item a rumpo hec ruptura re, et hec ruptela le pro eodem, et hic et hec ruptibilis et hoc ruptibile, et hec ruptibilitas tis⟩ H *om.* $P_1$

*496 / 497 M.*

[9] Rumpo componitur **erumpo** is, [10] unde **eruptus**, [11] **eruptio**, [12] et hic **euripus** pi .i. maris exestuatio que fit secundum incrementum et detrimentum lune, unde Boetius e s t u a n t i s m o r e f e r t u r e u r i p i. [13] Item rumpo componitur **disrumpo** is, [14] **corrumpo** is, [15] **prorumpo** is, [16] **irrumpo** is, [17] **abrumpo** is, [18] **prerumpo** is, et ab istis verbalia.

[1] **Rumen** minis .i. pars illa gutturis per quam esca dimittitur, [2] unde **ru-** R vi
**mino** as, [3] et inde **ruminatus**, [4] **ruminatio**, [5] et **rumito** as .i. ruminare vel murmurare, [6] quod componitur **conrumito** as, [7] et per compositionem **rumifico** as .i. dicere vel rumores afferre, unde Plautus in Amphitrione u x o r e m m e a m c i v e s r u m i f i c a n t p r o b a m. [8] Item a rumine hec **rumes** mis .i. mamma, [9] et inde hec **ruminalis** is .i. ficus eo quod sub ipsa Remum et Romulum lupa aluerit; [10] et componitur hic **subrimus** mi .i. hedus quasi sub mamma adhuc existens. [11] Item a rumine hic **rumor** oris, [12] unde **rumorculus** .i. parvus rumor, [13] quod etiam hic **rumusculus** li dicitur, unde Cicero q u i i m p e r i t o r u m h o m i n u m r u m u s c u l o s a u c u p a n t; [14] et componitur **rumigerulus** a um .i. qui rumores gerit, [15] et inde **rumigero** as .i. rumores gerere, [16] quod etiam **adrumo** as dicitur, [17] et **adrumito**, as, et ab istis verbalia.

[1] **Rus** ris, [2] inde hoc **rusculum** .i. parvum rus, [3] et hic **rusticus** ci, [4] et R vii
hec **rustica** ce, [5] et **rusticanus** a um, [6] et hec **rusticitas** is. [7] Item a rure

---

12 Boeth. *cons.* II *carm.* 1,2 R v

7 Plaut. *Amph.* 678 13 Cic. *Cluent.* 38: qui imperitorum hominum rumusculos aucupati R vi

---

9 erumpo: irrumpo $P_1$ 10 eruptus: irruptus $P_1$ 11 eruptio: irruptio $P_1$ *om.* φ 12 euripus: euripplus Hφ erumpus I / exestuatio: estuatio φ / que: quod $V_1$ / secundum ... detrimentum: ex incremento et detrimento I / estuantis ⟨*Mai*⟩: estuanti $V_1$I / euripi: euripi $HM_1P_2$ erumpi I 13 is ⟨vel melius dicitur dirumpo⟩ H 14 ⟨Item rumpo componitur⟩ corrumpo pis ⟨et inde corruptor, corruptrix, et corruptus, quod componitur incorruptus, et corruptio, quod componitur incorruptio, et corruptim, quod componitur incorruptim, et hec corruptela le .i. corruptio, quod componitur incorruptela, et hic et hec corruptibilis et hoc corruptibile, unde corruptibiliter adverbium, et hec corruptibilitas tis, et componitur incorruptibilis, unde incorruptibiliter adverbium, et hec incorruptibilitas tis. Item a corrumpo secundum Isidorum [*orig.* XI 1,14], hoc corpus ris, inde hoc corpusculum li diminutivum, et cetera que in tertia littera sufficienter depromsimus⟩ *ad* 12 *post* euripi H 15 *om.* $P_1$ 16 *om.* I 18 is ⟨interrumpo⟩ H

1 rumen ⟨*Mai*⟩: ruimen $V_1$ / dimittitur: descendit I 2 rumino: rummo $P_1$ rumo I / as ⟨unde ruminator⟩ $P_1$ 5 rumito: rumino $P_1$ 6 conrumito: conrumino $IP_1$ *Mai* 7 rumores: rumorem $V_1$ / afferre: efferre $P_1$ / in Amphitrione *om.* $P_1$ 9 ruminalis: rumialis φ / aluerit: nutrivit vel aluerit I aluit $P_1$ 10 subrimus: subrumus $P_1$ surrimus φ / quasi: qui *Mai* 11 oris ⟨unde rumorcule adverbium⟩ $P_1$ 12 *om.* $P_1$ / .i. parvus rumor: diminutivum I 13 quod ... unde *om.* $IP_1$ / Cicero *om.* I / aucupant: aucupantur $P_1$ aucupatur $IM_1$ accipiatur A 14 qui *om.* I / gerit: gerens I 15 *om.* I / as ⟨vel rumo⟩ H R vi

2 .i. parvum rus: diminutivum $P_1$ 3 ci ⟨.i. ruris custos⟩ H 7 rure: rus $P_1$ rudere $V_1$ R vii

hoc **rudus** ris in singulari sed rudera in plurali, unde Beda in expositione super parabolas qui thesauros effodit, eicit rudus terrestre .i. omne illud quod eicitur de fossa; vel etiam ruine maceriarum rudera dicuntur, unde Prudentius in libro ymnorum aurum quod sitis, effossa gignunt rudera; [8] et inde **erudero** as .i. purgare, [9] unde **eruderatus** a um, [10] et hec **eruderatio** nis. [11] Item a rure vel etiam ab hoc nomine quod est ruder **rudo** is .i. clamare asinorum, [12] et inde hic et hec **rudibilis** et hoc rudibile, [13] unde hec **rudibilitas** tis, [14] et hic **ruditus** ui .i. ipse clamor asinorum, [15] et pluraliter he **rudentes** tium .i. corde quibus velum sursum trahitur, [16] et hic et hec **rudis** et hoc rude .i. novus et indoctus, [17] et inde hec **ruditas** is .i. nova instructio, [18] et **rudibundus** a um .i. noviter instructus, [19] et hoc **rudimentum** ti .i. nova instructio. [20] Et per compositionem **erudio** is .i. instruere et informare, [21] unde **eruditor** oris, [22] **eruditus,** [23] **eruditio,** [24] et hoc **erudimentum** ti .i. documentum. [25] Rus componitur hic **ruricola** le, [26] et inde **ruricolanus** a um, [27] et ut quibusdam placet rus componitur **rusticus** .i. ruris custos.

R viii [1] **Rigo** as rigavi rigatum tu verbum activum, [2] inde **rigatus,** [3] **rigatio,** [4] **rigabilis,** [5] **rigabiliter,** [6] et hoc **rigamen** nis, [7] et hoc **rigamentum** ti, [8] et **riguus** a um .i. fertilis et fecundus, [9] et componitur **irriguus** in eodem sensu. [10] Rigo componitur **irrigo** as, [11] unde **irrigator,** [12] **irrigatus,** [13] **irrigatio,** [14] et hoc **irrigamen** nis, [15] et **arrigo** as, et inde verbalia.

R ix [1] **Rideo** des risi risum su verbum neutrum, [2] inde hic **risus** ui, [3] et hec **risibilitas** is, [4] et **ridiculus** a um, [5] unde **ridiculosus** a um, [6] et **ridiculose** adverbium, [7] et hic et hec **ridicularis** et hoc ridiculare, Plautus mitte ri-

---

R vii 7 Beda *in prov.* I 2,37 Prud. *perist.* II 189-190: aurum, quod ardenter sitis | effossa gignunt rudera

R ix 7 Plaut. *asin.* 330

---

